

Daniel Büttner Moritz Meybaum


Disputatio Iuridica De Torturis Et Tormentis

Editio Tertia auctior & correctior, Erfurti: Erfurti: Oerth: Dedekindus & Schildknechtus, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769807437>

Druck Freier  Zugang





V. N. — 2 (100.)

1. Mollenber de duobus testamentis simul validis.
2. Caroc de investigando definiendoque statu causae forensis.
3. P. Müller de libris officialium, autu' regi' stru.
4. Stanting de curatore ad litem.
5. Stryczi de juramento purgatorio in causis civilibus.
6. Stryczi de domicilii mutatione.
7. Radov. de subfeudis.
8. Bünsow de jure subtractionis et emigrationis.
9. Stryczi de matrimonio ex ratione status.
10. Beckmann de libris aetatis.
11. Bursfeld de tituli invalidi convalidatione.
12. von Aoweloe. de praerogationibus.
13. Both de anatopis rno.
14. Charivius de dolo.
15. Charivius. de culpa.
16. Willebrandt. de senatusconsulto macedoniano.
17. Ranger de masculorum conditionibus melioribus in jure.
18. Rahne de jure protinereos.
19. Ranger de concursu actionum.
20. Ranger de eo quod iustum est circa consilium.
21. Pauli de immunitate et foro philosophorum.
22. Radov. de furtis.
23. Büttner de torturis et tormentis.
24. Krafft de concursu iudicii civilis et criminalis in causis ultimi supplicii
25. Meyer de iudicio in crimine magiae quoad torturam reprobatis et approbatis.
- 26-2. Wegner de verborum significatione disput. 1-1x.
27. Cleemann de reciproca cohaerendum substitutione
28. Eichrod de vi rei iudicatae.
29. Winckp de revocanda divisione hereditaria.
30. Reinhardt. de successione fidei.
31. Banfa de usuris ultra alterum tantum.
32. Schroeter de commodo vel incommodo ex alterius persona accidente, quod ex sua non habuisset.
33. Schroeter de reformatione iuris civilis circa causas matrimoniales a Romanis pontificis per ius canonicum perverse tentata.
34. Streit de actione quae ex mala ministerii administratione competit.

35. Gribner de fidejussore mulieris apud Saxones sine curatore contrahenti.
36. Beckmann de patria potestate.
37. M. Graf de jure tutorum.
38. Klünger de dote.
39. Werner de jure emphyteutico.
40. Streit de repudio et divortio.
41. G. Engelbrecht de successione ab intestato et honorum possessione.
42. J. L. D. Böhm de filio vasalli successore in feudum.
43. de Khevenhüller ab Aichelberg de eligendo Romanorum rege.
- 43². de Bellmont de academia Erfurtana.
44. Spoenla de foro ac privilegiis practiciantium in camera imperiali.
45. Kestner de jure humaniore Codicis.
46. Schroeter de relaxatione juramentorum.
47. Schroeter de probatione per testes et praesumptiones itemque juramentis
to judiciali et necessario in processu executivo locum habente.
48. Brückner de favore ultimarum voluntatum.
49. Schroeter de principum recriptis eorumque usu moderno.
50. Salm de jure numeri septenarii Bon. Vuff sur subaudius Zaff.
51. Wolpmann de eo quod justum est circa contractus noviter introductos.
52. Scherbaum de pariete communis ejusdemque jure.
53. Schmidt de denunciatione e suggestu.
54. Schulz de eo quod justum est circa parochianos.
55. Ludovici de eo quod justum est circa campanas.
56. Streit de quatuor quartis.
57. Napoo de impensis in rem alienam a b. et m. f. possessore factis.
58. Schott. de uxore desertivae dote sua esse regula quidem, non tamen
semper privanda.
59. Bauer formulam, qua pecunia dotalitium serviens vidua mortua
in feudum ad filios reverti jubetur, fideicommissum non inferre.
60. Riccio de conventionione obligationis debitoris ad carcerem in omni
ra debiti.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
TORTURIS
ET TORMENTIS

34
23/

QUAM
DIVINA GRATIA ANNUENTE
MAGNIFICA AC NOBILISSIMA FA-
CULTATE JURIDICA CONSENTIENTE
ET APPROBANTE
IN ILLUSTRISSIMA AC FLO-
RENTISSIMA UNIVERSITATE
ERFFURTENSI,

SUB
PRÆSIDIO
DN. DANIELIS BÜTTNERI,
MINDA-WESTPHALI, J. U. CANDID.

DIGNISSIMI & p. t. GENEROSISS. DN. BROCKTOREFF.
EQVIT. HOLSAT. EPHORI MERITISS.

DN. FAUTORIS AC PRÆCEPTORIS SUI ÆTATEM
VENERANDI.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
MAURITIUS Meybaum HASSO
CASSELL. PHILOS. & J. U. STUD. A. & R.
IN AUDITORIO COELICO.

DIE II. 21. FEBRUAR. A. C. 1671.

EDITIO TERTIA auctior & correctior.

ERFFURTI

Literis Dedekindi & Schildknechts M. DC. LXXII.
IMPENSIS Johan. Jacob Dertsen JENENS.



I. N. D. N. I. C.

CAPUT I.

De

TORTURIS IN GENERE.

SUMMARIA.

1. Tortura & Questio an differant.
2. Definitio Questionis.
3. An questio per se inferat cruciatum corpori.
4. Tortura synonyma.
5. Origo Tortura antiquissima.
6. Quodnam genus tormentorum apud Romanos olim fuerit in usu.
7. Varia genera Tormentorum.
8. Quid sit tormentum Vigilia.
9. Cur iudices genera tormentorum scire debent.
10. An Tortura licita.
11. An sine causa quis torquendus.
12. An questionis habenda causa quis sit damnandus.
13. An Tortura sit res periculosa simpliciter.
14. Explicatio Nov. 143 c. 13.
15. An Tortura in Sacris literis approbata.
16. An potio illa Amara, cujus mentio fit Num. 5. v. 13. fuerit Tortura.
17. An Principes Christiani recte utantur Torturis. (cura.
18. Cui Magistratui competat potestas Reos torquendi.



Tortura, de qua impræsentiarum Divinâ adstante Gratiâ periculum quoddam Academicum suscipere constituimus, plerumque à Ictis vocatur

A 2

Questio,

Quæstio, quæ tamen ipsa Tortura non est, sed per torturam
tanquam medium eruendæ veritatis expeditur ac perficitur
per l. cum test amentū. 10. ibi. per tormenta interrogari C. de Quæst.
l. quoties. 12. ib. cum tormentis interroganda. C. cod. Adcoque
hæc duo malè confunduntur, cum tortura sit Quæstionis
pars quædam, ipseque actus torquendi & cruciandi Reum.
Quæstio autem sit interrogatio Rei. Confer. HENR. BO-
CER. *Tract. de Quæst. & Tort. cap. 1. n. 12.* quod ipsum quo-
que descriptio Quæstionis probat, quæ est Interrogatio de
2. crimine commisso per corporis tormenta ad eruendam ipsiq
criminis, vel causæ veritatem, à Iudice legitime instituta,
ut describitur ab HENR. BOCER. *in d. tr. c. 1. n. 3.*
Quamvis paulò aliter eam definiant PAUL. GIRLAND.
de Quæst. & Tort. q. 1. n. 1. HIPPO L. de MARSIL. *ad*
Rubr. ff. de Quæst. CARD. JOH. de LUGO de Just. & Jure
part. 2. disp. 37. sect. 13. n. 153. Dn. JOH. STRAVCH. *dis-*
fert. 29. apb. 25. Generosiss. Dn. WULFF BROCKTOREFF.
Eqves. Holsat. in suis select. jur. priv. ad. tit. de Quæst. Exercit. 7.
quam sub ejus præsidio masculè defendit Dn. LEVIN. FRI-
DERIC Sacf. *Westph.* quòd nempe sit Interrogatio sive
inquisitio ad eruendam veritatem per tormenta & corporis
dolorem: quam definitionem quoque probat *Magnif.*
Dn. JOHANNES BRUNNEMAN. *in Repet. Wesenb*
3. *ad tit. de Quæst. q. 2.* Eteo ipso, quo Quæstio definitur per
Interrogationem, quæ sit per tormenta, satis demonstra-
tur, Quæstionem ipsum cruciatum non esse, sed interroga-
tionem, quæ per se, quatenus interrogatio est, dolorem cor-
pori non incutit, quod & probant *textus per. l. 1. §. qui quæsti-*
onem 21. & seqq. ff. de Quæst. l. item apud 15. §. quæstionem 41.
ff. de Injur. l. quoties 12. C. de Quæstion. PETR. THEODOR.
in colleg. crimin. disp. 9. th. 9. lit. A. GIRLAND. *in tr. de*
quæst. & tortur. 1. n. 1. FRANC. BRUNUS. *de Indic. &*

tortur. p. 2. q. 1. n. 2. Dn. JOH. OTTO TABOR tr. de Tort
& indic. c. 1. n. 12. Hoc licet verissimum sit, communi ta-
 men loquendi usu irrepsit, ut invicem Quæstio cum actu tor-
 turæ, qui sit per corporis tormenta, confundatur, per meto-
 nymiam adjuncti pro subjecto, quo etiam respectu quæstio
 in vernacula dici solet, die *Peinlich- oder scharffe Frage /*
 quia per eam corpus affligitur, ut in artic. 45. & passim, *Const.*
Crim. CAROL. V. Vocatur quoq; Quæstio nonnunquam
 corporis dolor *d. l. 15. §. 41. de Injur. mala mansio l. 7. pr. ff.*
Depos. strictior inquisitio l. 3. C. ad L. Jul. Majest. & quæ si-
 milem in modum legenti occurrunt Germanicè *Zolter /*
Marter / ut in art. 46. Const. Criminal. Soll mit Bedrawung s.
der Marter gefraget werden. Origo Torturæ sive Quæstionis
 nostræ est antiquissima & à multis gentibus recepta, initio
 MATTH. WESENBEC. in *Paratitl. ff. ad tit. d. Quæsti-*
on. n. 2. more majorum introductum esse tradit ex CICER. in
parit. orat. cap. 117. ut per tormenta veritas exquiratur,
 quem morem *Cic. d. l. innuit ab Atheniensibus & Rhodiis,*
 ut pleraque alia sumtum esse, quod & plurimi alii magni no-
 minis Historiographi testantur, ut *CVRTIVS libr. 4.*
Histor. cap. 10. n. 32. JOSEPH. Antiq. Judaic. libr. 11. c. 16.
 qui plurima exempla referunt; Persas quoque quæstiones
 in exploranda facinorum veritate adhibuisse, disertè testa-
 tur *BRISSON. de regn. Pers. lib. 1. pag. 87. Et quod Æ-*
 gyptiis hic mos inqvirendi placuerit, patet, ex *AMMIAN.*
MARCELLIN. libr. 19. ÆLIANO. libr. 7. variar. hi-
stor. e. 8. De Gallis consule BARNAB. BRISSON. in Cod.
Henr. libr. 31. tit. 3. de Moschovitis videri potest PAUL.
JOVIUS in Sarmant. p. 93. De Italia & Hispania usurpatio
 notissima est ex *FARINAC. COVARRUV. pract. qu.*
e. 23. n. 5. de Dania, testatur processus Dinæ Danicæ. De
 Belgii moribus *ANTHON. MATTH. tr. de Criminib. ad*
tit.

rit. de Quæst. De Macedon. aliisque gentibus pluribus videri potest CLEMENS ALEXANDRINUS. 4. *stromat. p. 49.* POLYD. VERGIL. *de rer. invent. lib. 2. c. 3.* Quamvis dicti populi, non omnes idem genus tormentorum adhibuerint, sed pro ratione cujusque provinciæ atque gentis diversis usi fuere generibus tormentorum. De Romanis enim scribit JOHAN. ROSIN. *libr. 9. Antiq. Roman. cap. 31.*

6. quod apud eos habita fuit Quæstio in Eculeo, cujus meminit etiam Imp. CONSTANTIN. in L. ET si excepta 7. in fin. *cod. de Malef. & Mathem & CICERO. 7. Philipp.* dum ait: Ponite ante oculos Vincula, Verbera, Eculeum, Carnificem, Tortoremq. Quid autem fuerit Eculeus, prolixè describit JOH. ROSIN. *d. cap. 31.* Aliud quoque fuit apud Romanos tormentum, quod per fidiculas inferebatur, cujus meminit l. 4. C. ad J. *Jul. Majest. l. 16. C. de quæst.* quando scilicet chordis sive funibus Rei ligabantur,

7. confer HENR. BOCER. in tract. *de quæst. & tort. c. 5. n. 19.* alia genera tormentorum, carnificibus non incognita referunt Dn. JOH. BRUNNEMAN. in *Process. Inquisit. cap. 9. membr. 8. n. 46.* GANDIN. in *tr. de malefic. rubr. de quæst. & torment. n. 31.* FRANCISC. BRUNO. *tr. de Indic. & tortur. p. 2. qv. 2. n. 6. & 7.* HIPPOL. de MARSIL. *ad l. 1. pr. ff. de quæst. n. 55.* ut tormentum funis, tormentum ignis, tormentum taxillorum, tormentum vigiliæ, tormentum ferularum, Dänischen Mantel- / Spanische Koppfen / Englische Jungfrauen / Braunschweigische Stiefel & centum alia, quorum plurima quoque recenset BENED. CARPZ. *Pr. Cr. P. 3. qu. 117.* sed tormentum vigiliæ omnium tutissimum putat Magnificus Dn. JOH. BRUNNEMAN. in *Process. Inquis. d. l.* præsertim si solum in vigilia consistat, nec alia tormenta addantur. Et hoc modo torquendi utuntur Itali, quoad mulieres honestiores, Moniales & similes. MARTIN. DELRIO. *Disquis. magic. sect. 9. pag. 104.* Hoc genus tormentorum frequenti

quenti modo describit *CARPZ. d. l.* quod maleficum con-
 stituant in scamno aut sede ligatum duobus famulis adhibi-
 tis, qui maleficum cohibeant à scamno. Hisce duobus suc-
 cedunt alii atque alii famuli, qui nulla ratione permittunt
 maleficum in ullum saporem ac quietem incidere, & quo-
 ties contingit ipsum Reum ad somnum mutare, quietemque
 optare, astantes famuli alapis acribusque vellicationibus
 somnum dispellunt, donec Reus inquietudine victus optet
 somnum & confessionem promittat. Judices autem admo-
nendi sunt, ne insolitis atque inconsuetis utantur modis tor-
mentorum, nam qui contra faciunt, potius carnificibus,
 quam iudicibus comparandi. *PROSPER. FARINAC.*
pract. crim. qu. 38. n. 55. & seqq. *PETR. GREGOR. syntagm.*
libr. 48. c. 12. n. 25. *GOMEZ. var. resol. 3. cap. 13. n. 5.* *PARTHEN.*
Litigios. libr. 1. c. 14. n. 32. Quamvis carnifices plurima tor-
 mentorum genera noverint, hi tamen nullo alio uti queunt,
 quam quod adhibeant, iudices præcipiant, ideo & hi probè
 perspecta habere debent & torturæ gradus, quorum quinque
 faciunt genera cruciatuum *AMBROSIN. lib. 4. cap. 1. n. 3. & 5.*
CLARUS qu. 64. n. 31. *BOCER. in tr. de tort. & quest.*
c. 4. n. 52. alii tres tantum, ut *ÆGID. BOSS. in tit. de tor-*
tur n. 16. *CARPZ. pr. crim. p. 3. q. 117. n. 45.* Cùm autem 10
 multi viri eruditi hoc inquisitionis genus improbant & dete-
 stantur, non solum Theologi, ut *AVGVSTIN. lib. 19. de Ci-*
uit. Dei cap. 6. *MATFART. olim in hac Academ. Profess. Theol. cele-*
berr. in der Christlichen Erinnerung wie das abjectuliche Kaffter
der Herrey mit Ernst auszurotten cap. 17. p. 134. & seqq. it. cap.
21. sed & Icti, ut WILH. ZEPPER. lib. 5. Leg. Mosaicar. fo-
rens. explanat. cap. 10. *WISSENB. part. 2. pand. disp. 36. de*
Quest. lib. 13. ut & MATTH. WESENB. in Oecon. iur. b. t.
 horum argumenta, quid roboris contineant, paucis exami-
 nabimus; primum est, dum asserunt, quod non sit conveni-
ens

- ens iustitiæ & naturali æquitati, ut quis crucietur, de cuius crimine non liquet; Verùm duplex in hoc argumento reperitur error, siquidem propositioni majori expressè obstat
11. *cap. Sine culpa. 23. de R. I. in sexto.* in quo habetur, limitatio sc. hoc modo, nequis crucietur sine culpa, aut certè non sine causa *ALBER. GENTIL. ad L. Jul. Maj. disp. 8. p. 163.* tum in minore propositione falsò supponitur aliquem sine causa imò sine magna ratione ad torturam rapi, *l. edictum. 8. ff. de qua.*
12. Alterum argumentum desumunt *ex l. pen. ff. d. e.* in qua generaliter videntur prohibitæ quæstiones, cum nemo quæstionis habendæ causâ sit damnandus, scil. ut tormentis veritas ab eo exigatur, conf. Dn. *ARNOLD. MAVR. HOLTERMAN. I. V. D. Profess. 6. in Academ. Marpurgens. Celeberr. in Dissert. Jurid. ad Instit. Tit. de Publ. Ind. thes. circ. fin.* Sed hinc distinguendum putamus inter legitimam & temerariam damnationem, quæ sit absque legitimis iudiciis & requisitis, & ubi processus incipiebat à tortura servorum, quod Imp. *Hadrian. in d. l. pen.* prohibere voluerit. Objiciunt tertio l. 1. §. 23. ff. de Quest. ubi *l. Ctus Vlpian.* fatetur, Quæstionem esse rem fragilem periculosam, & quæ sæpè veritatem fallat: Sed respondetur, quod hoc non simpliciter verum sit, sed tum demum, cum quis his solis inniti velit, non suppositis legitimis iudiciis & argumentis *l. 1. pr. ff. b. e.* idem prædicari etiam potest de Juramento, quod & hoc propter quorundam facilitatem fragile sit & periculosum remedium, nempe si minus circumspectè abhibeatur *l. 8. pr. ff. de cond. instit.* interim juramentum manet efficacissimum veritatis inquirendæ remedium, ut statuit *Nobiliss. Dn. SAMVEL. RACHELIVS, I. V. D. ET IN A CAD. HOLSAT. I. N. & G. Prof. famigeratiss. in Comment. ad Cic. lib. 2. de off. si omnia requisita legis ritè observentur. l. 3. pr. & §. 1. ff. de Jurejur.* Denique

quæ obſtare videtur *Novell. 134. c. 13.* ubi *Imp. JUSTIN.* vetat,
 irrogari ſupplicia, quæ membra & articulos diſſolvunt; *V. 14.*
 rùm hic confunditur ſinis pœnæ cum fine eruendæ veritatis,
 prohibuit enim *Imp. in d. cap. 13.* in finem pœnæ articulos
 diſſolvi, non autem vetuit torturam membrorum legitimo
 modo inferri. Quod ultimò ajunt, Deum ſapientiſſimum *15.*
 Legislatorem hoc indagandæ veritatis remedium præter-
 miſſiſſe, hoc autem nihil probat, quia non ſequitur, tormen-
 torum in ſacris literis nulla fit mentio, ergò uſus eorum eſt
 improbandus, cum ferè infinitæ judiciariæ leges variarum
 gentium, quarum nulla in ſacris literis memoratur, quæ ta-
 men ideo injuſtitiz argui nequeunt. Placere tamen Deo
 in *V. T.* remedia inquirendæ veritatis homogenea, ut con-
 ſtat ex *Numer. cap. 5. v. 13. & ſeqq.* ubi mentio fit Portionis a-
 maræ probatoriæ, quam *B. D. LVTHER.* vocat *bitter*
verſucht Waſſer / de qua portione prolixius agit *DN. PRÆ-*
SES Fautor meus ſummopere colendus in Diſp. Jurid. de Guſtu c.
4. n. 2. & ſeqq. Hæc aqua licet propriè non mereatur no- *16*
 men torturæ, quia ſine differunt, hoc tamen habet affine
 cum noſtris quæſtionibus, ut utroque modo veritas exqui-
 ratur, *IOH. SELDEN, de Vxor. Hebr. libr. 3. c. 15.* plura re-
 media congemina videre licet in ſacris paginis *Joſua cap. 7*
v. 14. 1. Samuel. 14. v. 3. Act. 12. v. 19. & cap. 22. v. 24. & 29.
Jon. c. 1. v. 7. Imò Tortorum vocabulum reperitur *Matth. 17*
18. v. 34. idcirco totum hoc genus torturæ Deo non fuit
 improbatum, nec Principes etiam Chriſtianos putamus
 peccâſſe, quod moderatum ejuſdem uſum præſuppoſitis
 neceſſariis requiſitis, in foro retinuerint. Confer
HENR. HAHN. in Obſerv. ad Weſenbec. tit. de Quæſt. n. 2.
Dn. JOH. BRVNNEM. in Proceſſ. Inquiſ. cap. 8. membr. 5.
JOH. HANEDOES. in meletem. Jurid. Exerc. 32. quæſt. 15. 18
 Cui autem Magiſtratui hæc poteſtas Reum torquendi com-
 petat

B

petat

petat, non videtur expeditum, ZASIG, IASON. & alii veteres in repetit. l. 3. de iuris. distinguunt inter causas criminales & civiles, ut illo casu, tortura spectet ad eum, qui merum imperium habet, hoc casu ad eum, qui Jurisdictionem & saltem mixtum imperium obtinet. Sed rectè hanc distinctionem rejicere videtur HENR. BOCER. in tract. de Quest. & tortur. quia regulariter prohibitum est quaestiones adhibere, in causis pecuniariis, nisi illæ aliquam turpitudinem in se contineant, vel crimen annexum habeant, FRANC. CASON. de torment, c. 8. n. 1. PAVL. GIRLAND. intr. de quest. & tortur. qv. 7. n. 1. & 2. & simpliciter arbitramur, Quaestiones hodiè pertinere ad merum Imperium, siquidem hæ, nihil aliud sunt, quàm causarum criminalium accessio, l. Edictum 8. ff. b. t. Et ut causa criminalis est meri Imperij, ita & ejus accessio scil. tortura. Quam assertionem etiam suam facit BENEDICT. CARPZ. pract. crim. part. 3. q. 117. n. 13. Et qui de Principali causa cognoscit, rectè etiam cognoscit de accessione vel necessario accidente l. 178. de R. I. Quamvis tortura non pertinet ad executionem, sed potius ad explorationem & cognitionem criminum, confer HENR. BOCER. tract. de Quest. & Tort. c. 1. n. 13. ANDR. GAIL. de P. P. libr. 2. cap. 2. n. 16. FRANC. BRUNUS in tr. de iudic. & Tortur. p. 2. q. 7. n. 3. JACOB. de BELVISO tr. de criminal. libr. 3. c. 14. n. 5.

CAPUT II.
DE CAUSIS IMPULSIVIS
ET INDICIS AD TORTU-
RAM.

SUMMARIA.

1. Hominem Tormentis lacerare est crudele.

2. Qvæ.

2. *Quæstioni fides quare non semper, nec tamen nunquam habenda.*
3. *An de corpore delicti constare debeat, antequam Tortura dictanda.*
4. *An sufficit si de corpore delicti præsumtivè constet.*
5. *In quibus delictis Tortura dictanda.*
6. *Si aliis modis delictum possit probari, an nihilominus Tortura dictanda.*
7. *Si Reus nullis Indiciis sit oneratus, an Tortura possit dictari.*
8. *Indicium quid, & quotuplex.*
9. *An Fuga sit sufficiens Indicium ad Torturam dictandam.*
10. *An Fama sit sufficiens Indicium.*
11. *An Adversio vulnerati in articulo mortis.*
12. *An supernatio suspecti.*
13. *An Titubatio, Trepidatio, Horror sit sufficiens Indicium ad Torturam.*
14. *De Emanatione sanguinis ex Naribus, de Inconstantia & Variatione sermonis remissivè.*
15. *Si res aliqua in loco perpetrati delicti reperiatur, quæ dicitur Rei, quid præsumatur.*
16. *An semiplena probatio sit sufficiens Indicium ad Torturam dictandam.*
17. *An Inculpatio socij criminis sufficiens sit indicium.*
18. *An Mina sufficiant, & quales mina hic requirantur.*
16. *Quid per Modicum tempus in artic. 42. Const. Crim. intelligatur.*

Ad decretum Torturæ, quæ est res dira corporibusque hominum admodum noxia, & quandoque lethalis, nihilque tam crudele & inhumanum, quam hominem ad imaginem Dei conditum

l. 17. c. de pœn. tormentis lacerare & quasi excarnificare, ut inquit JOH. ZANGER. in tr. de Quæst. & tortur. c. 10. num. 1. BENEDICT. CARPZ. pr. criminal. quæst. 117. n. 3. non temerè & præcipitanter deveniendum est, quia est remedium tantùm subsidiarium, GOMEZ. tom. 3. resol. c. 13. n. 29. inquirendę veritatis per l. Edictum 8. in pr. junctal. seq. ff. de quæst. l. 11. & l. fin. C. eod. HIPPOL. de MARSIL. pract. crim. §. nunc videndum. n. 35. Nam regulariter ad torturam deveniri non debet, nisi in subsidium ultimum, quando scilicet alię probationes haberi non possunt, & ita omnes ferè Doctores concludere testatur, CLARUS. qu. 64. 2. n. 5. & JOH. BRVNEM. tr. de Process. Inquis. c. 8. membr. 5. n. 11. Accedit ratio ex l. 1. §. 23. ff. de Quæst. Quia multi patientiã tormentorum itã tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit, secundum illud BOTTERI. 1. detti. fol. 88. de quodam Mediolanensi Quæstionibus subjecto, qui dixit *Io stimo meglio l' esse tormentato mille volte nella braccia, che una volta nella gola.* Confer. DELRIO. 5. disquis. magic. sect. 9. hic refer maleficium taciturnitatis, de quo vid. PARIS de PUTEO. tr. de Syndicat. §. Tortura. vers. tortura gravior. BOCER. tr. de tort. c. 5. n. 42. 44. ANONYM. Auctor Theolog. in Caution. Crimin. seu de process. contra Sagas. alii tantã sunt impatientiã, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta velint, per l. 1. §. 23. ff. de quæst. Hinc MICHAEL. MONTAN. libr. 1. des assays c. 5. scribit. *c' est une dangereuse invention, que celle des Gehennes, & semble que ce soit plustost un essai de patience, que de verite: et celuy, qui le ne peut souffrir cache la verite, & celuy qui le ne peut souffrir.* De hoc quoque in utramque partem exempla reperiantur apud VALER. MAXIMUM. libr. 8. c. 4. GODELMAN. libr. 3. de Mag. Lam. & Venef. c. 10. n. 4. JUL. CLARUS. libr. 5. sent. §. ult. q. 64. n. 46. Quæ

autem illa necessaria requisita sint, quæ Judex observare debet, antequam ad ipsum actum torturæ procedat, paucis videbimus. Primum requisitum est, quod Judici certissime constet corpus delicti, sive quod crimen, de quo quaeritur, certo sit admissum, per l. 1. §. idem illud. 24. ff. ad SCtum Syllan. Constit. Criminal. CAROL. V. art. 6. ibi. und strissig nach fragens haben / ob die Missethat / darumb er angenommen / beruchtigt und verdacht / auch beschèhen sey / oder nicht. Et ad illum MATTH. STEPHAN. PORSPER. FARINA C. pract. criminal. quest. 38. n. 2. CLARUS. qv. 64. n. 3. Ratio hujus requisiti est manifesta, nam cum lex de certa re quid disponit, prius de illa re debet constare l. 24. ff. de testam. milit. & qui vult probare qualitatem rei, prius probare debet ipsam substantiam, in qua qualitas illa fundatur, ut inquit BOCER. tr. de Quest. & tort. c. 3. n. 3. HENR. ZOES. comment. ad ff. b. r. n. 3. & absurdum esset, quærere de circumstantiis delicti, priusquam constet de veritate ipsius delicti l. 16. §. 1. ff. de pœn. Nec sufficit constare de corpore delicti præsumtivè, aut per conjecturas, sed plenè & liquido per sensum corporis, si scilicet delictum sit facti permanentis, quod oculis nostris subjici potest, ac vestigium post se relinquat. Secus verò si sit delictum facti transeuntis, ut adulterium, Sodomia &c. tunc fatis est ex indiciis sufficientibus de corpore delicti sive facto constare, ut de persona quaestio instituat. Constit. Criminal. CAROL. V. art. 6. BENEDICT. CARPZ. pract. crimin. p. 3. qv. 119. n. 61. GEORG. REMUS in d. Nemes. Karul. art. 6. ÆGID. BOSS. in tit. de delict. n. 20. Alterum Requisite respicit delicti atrocitatem sive gravitatem, quia cum torturæ corpus lacerat, & ipsa ferè morte durior sit, PARIS de PUTEO. in verb. tortura n. 3. cap. 1. meritò in delictis non capitalibus regulariter & ordinariè tortura, non verò territio, excluditur FARIN.

RIN. *pr. erim. lib. 1. tit. 5. q. 42. n. 19.* Et ne quis puniatur gravius ex modo probandi, quam ex modo condemnandi, CARD. de LUGO. *d. l. n. 157.* Procul dubio autem omnis pœna corporalis, major est pœna pecuniaria, licet sit magna *l. in servorum. 10. ff. de pœnis.* nec pœna delicto esset proportionata contra *arg. l. servos 8. Cod. ad L. Jul. de vi publ. l. 18. §. solent. 3. & §. grassatores. 10. ff. de Pœn.* NICOL. REUSNER *libr. 2. decis. 20. num 6.* Denique & hoc sequeretur absurdi, quod ordinatum ad unum finem non regularetur secundum naturam illius finis, & sic medium, per quod ad finem pervenitur, excederet ipsum finem, contra textum *in L. cum aurum 19. §. per veniamus ff. de aur. & arg. legat. plures rationes reperies apud HIPPOL. de MARSIL. in pract. §. expedit a. n. 57. & seqq.* Requisitum tertium habetur in *l. 8. & 9. ff. & l. 12. C. b. r.* quod est defectus & inopia aliarum probationum ordinarium, ita ut veritas aliter haberi non possit, Dn. JOH. STRAUCH. *dis. 29. apb. 25.* nisi per quaestiones tanquam in subsidium, hinc cum tortura sit tantum subsidaria & extraordinaria probandi ratio, quae satis periculosa, ut saepe dictum *ex l. 1. §. 13. ff. de Quest.* hinc Judex ad eam procedere non debet, quando veritas aliunde explorari & investigari potest, ut per testes, per instrumenta &c. *l. 11. & l. ult. C. de Quest.* HIPPOL. de MARSIL. *in l. 1. in pr. ff. de quest. n. 10.* IODOC. DAMHAUD. *pr. Crim. c. 35. n. 1.* MASCARD. *vol. 2. de probat. concl. 353. n. 4.* hinc Judex nullis sumptibus, nullis laboribus parcat, & Nobil. Dn. JOHANNBRUNNEM. *in process. crim. c. 8. membr. 5. n. 14.* existimat, multis posse exprimi confessionem sine torura, si rei debito modo examinarentur, & omnia indicia ipsis repraesentarentur, & illi quasi in rem praesentem ducerentur, atque ita argumentis convincerentur. Et quanto

quantò corpus bonis fortunæ est dignius, ac nobilius, tantò
 Judex in criminalibuscausis prudentius & difficilius, in-
 cedere debet, quàm in civilibus. JOH. EMER. à R. D. S. 7.
 B. A. E. H. in process. crim. tit. 5. cap. 15. num. 6. Ultimum Re-
 quisitum est, ut Reus sit multis indiciis oneratus, & penè
 convictus per. l. 1. §. 1. l. fin. ff. §. l. 8. C. b. 1. & in Const. crim.
 CAROL. V. art. 6. 7. & ut & in art. 21. ubi hæc verba: **Wo**
 nicht zu vorredliche Anzeigung der Missethat/ darnach man fra-
 gen wolle/ vorhanden/ und beweiset worden/ soll niemands gefra-
 get werden/ und ob auch gleichwohl aus der Marder die Missethat
 befannt wurde/ so soll doch der nicht geglaube/ noch jemand darauß
 verurtheilet werden/ 22. JOD. DAMHAUD. d. l. c. 38. n. 17.
 ZANGER. in tr. de quest. §. tort. n. 7. PETR. THEODOR.
 in colleg. crimin. disp. 9. tb. 9. lit. H. Magnif. Dn. JOH. BRVN-
 NEM. in Repet. Wesenb. ad b. 1. quest 4. per tort. Indicia au- 8.
 tem hoc loco in genere dicuntur delicti perpetrati indicativa
 sive demonstrativa argumenta; FR. BRUNUS. in tr. de
 Indic. §. tort. p. 1. q. 1. BALDYS ad rubr. Cod. de probat.
 Dividuntur verò hæc indicia communiter à Doctoribus in
 certa, indubitata & gravissima, quorum unumquodque ad
 quaestionem habendam sufficit; & in remota, verisimilia
 & probabilia, MENOCH. de presumpt. libri 1. q. 7. n. 14. &
 seqq. quæ non, nisi aliis adminiculis concurrentibus, Reum
 torturæ subicere possunt, Quale est 1. Fuga, nam & hæc fu-
 gientem accusat & in suspicionem sceleris adducit, per Con-
 stit. CAROL. V. art. 25. in fin. ibi. Zum stiebenden / so se-
 mand einer Missethat halben flüchtig wird. Quamvis Do-
 ctiores communiter solent distinguere, utrum Reus post in-
 quisitionem vel accusationem motam fugerit, vel ante, ità ut
 illo casu non faciat indicium ad torturam, nisi aliæ circum-
 stantiæ concurrant, secus verò casu posteriori, ubi ferè nul-
 la alia causa esse potest, quàm conscientia sceleris vel crimi-
 nis

- nis *CARD. de LUGO. p. 2. de J. & J. disp. 37. sect. 13. n. 154.*
HENRIC. ZOES. Comment. ad ff. b. t. nu. 16. & seqq. 2.
- 10 Nec Fama sola ad Quæstionem sufficit, cum indicia, ex quibus decernenda venit quæstio, debent esse clara & evidèntia. Fama autem plerumque est fallax originem ducens ex levi causa *arg. l. 3. §. 2. ff. de Testib. DUAR. ad tit. de probat. c. 8. SICHARD. in l. 3. C. d. reb. cred. n. 43. MTNS. 6. obs. 98. n. 3.*
- 11 Nec assertio vulnerati in articulo mortis sufficit, siquidem hæc ne quidè in civili causa concludit *per Nov. 48. MOLLER. 2. semestr. 18. BEVST. in l. 31. ff. de jure jur. n. 11. 82. GOMETZ. 3. resol. 13. n. 16. Excell. Dn. D. SAMUEL. STRYKE. in disp. de Effat. Agonizant. Et quia etiam hic agitur de propria vulnerati causa, in qua nullus est sibi habilis testis, licèt asserens sit vicinus morti *per. l. 3. §. 1. ff. ad Sctum Syllan. & in tali casu non habere fidem dicto; Nisi alia adsint adminicula, per quæ adsertio offensi juvetur Dn. JOH. BRVNNEM. in repet. Wesenb. ad tit. de quæstion. qu. 13. NICOL. ab ALTO singul. 31. num. 10. 11. Quamvis è contra profit reo ad purificationem, si ab offenso excusetur *per l. Divus Marcus. 2. ff. ad Sctum Syllan vid. Generosiss. Dn. WULFF. BROCKTORFF. Equit. Holsat. in select. jur. priv. Exercit. 7. ad tit. de quæst. nam leges nostræ sunt proniores ad liberandum quamvis & hæc privata remissio non præjudicet vindictæ publicæ, si reus aliundè probetur noxius: Confer. HENRIC. ZOES. ad tit. ff. de quæst. n. 26. 4. Nec supernatio suspecti, cum mulieres plerumque suspectæ artis magicæ, inquam conjiciantur, & si demergantur habentur innoxæ, si verò supernatent noxæ, quod etsi in aliquibus Germaniæ partibus, ut in Westphalia, Meckelburg. &c. sufficiens habitum ad torturam, & à quibusdam etiam doctis tale visum, rectiùs tamen à plerisq; prudentioribus meritò reprobatur, tanquam insufficiens, & judicatum superstitionis multum ha-***

habere, certitudinis nihil, idque vel ex eo refutari videtur, quod habetur *Marc. c. 5. v. 13.* ut putat OTTO MELANDER *resol. quest. de sagis qu. 4. vid.* MARTIN. DELRIO *de Magia libr. 4. quest. 5. sect. 1. 2. 3. Dn.* JOH. BRUNNEM. *rep. Wesenb. ad b. 1. quest. 20.* & BODIN. *de republ. lib. 5. c. 1. n. 500.* 13 refert, quod veteres Germani hac supernatione aquæ frigidæ in dignoscendis liberis recens natis usi fuerint, ita, ut spurios mergi, legitimos verò innatare judicaverint. Conf. JUST. LIPSIUM *in German. Taciti. 5.* Nec Titubatio animique trepidatio vel Horror ad quæstionem decernendam sufficiens indicium est, *l. 10. §. 5. ff. de Quest.* CARD. JOH. de LUGO. *d. loc. GOMETZ. tom. 3. Var. resol. c. 13.* nisi graviora concurrant adminicula, quia vel ex alia causa proficisci potest, multis enim hoc contingit saltem sollicitis de proprio honore, & metuentibus potentiam adversariorum, aut asperitatem Iudicum, MENOCH. *lib. 1. presumt. q. 89. n. 71.* JOH. ZANGER. *tr. de quest. & Tortur. c. 2. n. 38.* Nec Emanatio sanguinis ex naribus, quia est indicium fallax, & nulla certa ratione nititur, vid. GOMETZ *3. resol. 13. n. 15.* MORNAC. *in l. 6. Cod. de dolo malo.* OTTO. MELANDER *in resol. quest. de Sagis, ZOES. ad ff. tit. de quest. n. 37.* nec ab exemplis plane singularibus & exceptivis sunt conficiendæ regulæ, ut tradit Perillustr. Dn. GERHARD. JANUS de LEDEBAUR Eques Ravensberg. tunc decus Studiosæ Nobilitatis in Academ. Argentor. jam verò Sereniss. Elector. Brandenb. Consiliar. intim. Camerar. & Satrapa digniss. *in suo tract. de usu armor. legitim. c. 2. n. 4.* Dissent. LEVIN. LEMNIUS *l. 2. de occult. nat. miracul. MASCARD. Vol. 2. de probat. concl. 867. n. 24.* De inconstantia & variatione sermonis confer BENEDICT. CARPZ. *pract. crim. part. 3. q. 120. num. 47.* Qui & ibidem in aliis indiciis verisimili-

C

simili-

similibus evolvendis ac enumerandis quàm maximè est occupatus, nobis hic sufficiat præcipua proposuisse. Inter indicia verò certa & indubitata. *Constit. Crim. CAROL. V.* primum locum hic tribuit, si res aliqua in loco perpetrati delicti reperiatur, quæ demonstraretur esse Rei, per *artic. 29. v. g. vagina, gladius &c.* ex inventione enim harum rerum præsumitur delictum esse commissum ab eo, cujus res sunt JOSEPH. MASCARD. *de probat. vol. 2. conclus. 830. n. 10.* MENOCH. *libr. 5. præsumt. 21. n. 13.* NICOL. BOERIUS. *decis. 156. n. 2.* Quod in specie in crimine homicidii obtinet, si ibi quis cum armis ex ædibus occisi aufugere visus sit, eadem perpetrâsse præsumitur, & maximè si arma sanguine sint confersa, quod tunc denique sufficiens indicium sit ad torturam per *art. 33. Const. crim. CAROL. V.* quam sententiam quoque sæpe laudat, *Generos. Dn. WULFF. BROCKTOREFF. Eques Holsat. Fautor meus maximus in sua Disput. de jure Armorum & Armandiarum cap. 5. n. 22.* demonstravit. Confer MATTH. STEPHAN. *ad const. crim. art. 25. & 33.* Nisi accusatus vel inquisitus evidentioribus rerum argumentis aut testibus innocentiam suam ostendere, & præsumptionem contra se militantem alia fortiori elidere velit. Hæc enim probatio omnino admittenda, ut in specie sancitum legimus in *de Const. art. 29. ibiq.* MATTH. STEPHAN. Secundo loco proponit nobis Imperat. *CAROL. V. in sua constit. Crimin. art. 30.* Semiplenam probationem, ut indicium sufficiens ad torturam dictandam, quæ sit per testem unicum omni exceptione majorem, ut habetur in *all. art. 30.* Conf. SANCHEZ. *libr. 6. consil. cap. 3. dub. 15. n. 3.* SIMANCA. *lib. Instit. in nov. tit. 65. n. 23.* CARD. de LUGO. *tr. de Just. & Jure. p. 2. disp. 37. sect. 13. n. 153.* nam si per duos testes ipsum crimen probatum sit, plena erit probatio ac Reus condemnandus

dus secundum effatum Salvatoris nostri, omne verbum con-
 sistat in ore duorum vel trium testium. *Matth. 18. 16.* Qua-
 estio autem inventa est in defectum plenae probationis; re-
 quiritur tamen, ut testis hic Jurato deponat testimonium su-
 um de actu immediato, & principali negotio, non de
 auditu, sed de ipso visu criminis perpetrati, verbis diluci-
 dis & apertis, quam sententiam quoque fovent *Excell. Dn.*
 GEORG. ADAM. STRUV. *Synt. Jur. Civ. Exercit. 48. thes.*
 100. MATTH. WESEMB. *ad b. t. n. 7.* & ad illum HENR.
 HAHN, *in observ. n. 7. verb. ut unus testis p. 1087.* CARPZ.
pract. crimin. p. 3. quest. 121. num. 10. HENR. ZOES. *ad b. t.*
num. 13. Dissent. WISSENBACH. *p. 2. Pandect. disp. 37. tb. 7.*
 HENR. BOCERUS *in tr. de Quast. & tort. c. 3. num. 22.* In-
 dicitum tertium sufficiens ad Quæstionem continetur in *art.*
 31. *Const. Crimin.* CAROL V. quod est Inculpatio socii cri-
 minis So ein überwundener Missethäter seinen Helffer in der
 Gefängnis besagt / ut inseribitur *d. art. 31.* modo admini-
 cula & circumstantiæ, quæ præter Rei convicti assertionem
 desiderantur, & in *d. art. 31.* proponuntur revera adsint,
 quomodo autem & in quibus terminis convicti socii assertio-
 ni credendum, vid. omnino MATT. STEPHAN. *ad art.*
 31. JUL. CLARUS *in pract. §. ult. quest. 21. n. 4. & seqq.* ME-
 NOCH. *A. J. 2. libr. 2. cent. 5. cas. 474. n. 43.* BENED.
 CARPZ. *pr. crim. part. 3. quest. 121. num. 20.* In *art. seqq. 32.*
 proponitur nobis indicium quartum sc. Minæ, quas Reus 18.
 jactasse dicitur, GANDIN. *in tr. de malefic. rubr. de præsumt.*
& indic. n. 23. non tamen simpliciter, sed duobus concur-
 rentibus, unum, ut factum sit ab eo, qui eas consuevit exe-
 qui, & persona sit potens & malæ famæ in eodem genere
 mali, per *verba in d. artic. 32.* Und wäre eine solche Person/
 daß man sich derselben That zu ihr versehen mag. Confer om-
 ninò JACOB. NENOCH. *lib. 1. præsumpt. quest. 89. n. 60.*

HIPPOL. de MARSIL. *in pr. crim. §. diligenter. num. 85.*
 ANT. GOMEZ. *tom. 3. var. resol. c. 13. n. 11.* BLANCUS
in tr. de Indic. n. 183. Alterum est, si maleficium, de quo mi-
 natus est, subsecutum fuerit, ut colligitur ex verbis *d. art.*
 32. So einer solche Missethat vor der Geschicht zuthun gedreut
 hätte / und die That auch in kurzer Zeit darauff erfolget wäre,
 ut & in *art. 44. Const. Criminal.* & ad illum MATTH. STE-
 PHAN. Modicum autem tempus die kurze Zeit / cujus in
 proposita facti specie fit mentio, jure non est determinatum,
 ideoque hæc in re, ut & in tota hæc indiciorum materia mul-
 tum tribuendum est arbitrio Iudicis ex qualitate facti & per-
 sonarum. Et tantum de indiciis tum certis, tum verisimi-
 libus, & quæ omnibus delictis sint communia, progressum
 quidem jam facere deberemus ad indicia illa, quæ singu-
 lis criminibus sint propria vel singularia, sed cum de his sa-
 tis prolixè & eruditè tractarunt *Magnific. Dr. JOH. BRUN-*
NEMAN. in processu Inquisit. cap. 8. membr. 5. nu. 3. & seqq.
 BENEDE. CARPZ. *pr. criminal. p. 3. q. 122. per tot.* HENR.
 BOCER. *tr. de quest. & Tort. per. tot.* Bene-
 volum Lectorem amicè ad eos able-
 gamus.

CAPUT. III.

De

SUBJECTO TORTURÆ.

SUMMARIA.

1. An omnes indifferenter Tortura sint subjiciendi.
2. Quinam ob defectum judicii à Tortura sint exempti, ut Im-
 puberes.

3. En.

- 3^o Furiosi.
4. Melancholici.
- 5^o Surdi & muti.
6. De Cæcis & Minoribus remissive.
7. Ob Debilitatem corporis à Tortura excipiuntur.
8. Senes.
9. Valetudinarii.
10. Fæmina Prægnantes.
11. Responsum Facult. Jurid. in hac Academ. Elector. Erfurtenf.
12. An hac in re sit credendum assertioni mulieris.
13. A Tortura quidam ob dignitatem eximuntur.
14. Ut Nobiles, Doctores.
15. Clerici, Studiosi.
16. Quando Personæ in dignitate constituta hodie possint torqueri.
17. Quo casu privilegia ob dignitatem concessa amittantur.

Reus licet de crimine verisimilibus indiciis, ^{1.} probabilibusque & ad Torturam idoneis argumentis videatur convictus, non tamen aliter tormentis interrogari debet, quam si personæ conditio ac qualitas hoc patiatur *per. l. milites. §. S. oportet. & C. de quest.* Triplicem autem in jure nostro reperimus qualitatem, propter quam Rei torqueri prohibentur, nempe 1. ob Defectum Iudicii vel Intellectus. 2. ob Debilitatem corporis. 3. ob Dignitatem Personæ. De quibus distinctè & breviter videndum erit. Ob defectum Iudicii 1. Excipiuntur ^{2.} Impuberes à Tortura *per. l. 10. pr. ff. de quest. l. 1. §. 23. ff. ad Scitum Syllan.* ANT. GOMEZ. *tom. 3. var. resol. c. 13. n. 3.* CLARUS. *lib. 5. sent. §. ult. q. 64. n. 21.* Quamvis hoc non omni tempore procedat, fallit enim si sint pubertati proximi, & indiciis violentis & indubitatis urgeantur *l. 14.*

- ad *SCtum Syllab.* HENR. BOCER. *tr. de Quæst. & Tort. cap. 40 n. 7.* item nec dubitandum est, quin Impuberes terreri possint per *l. 1. §. 33. d. tit.* appositis forpicibus seu instrumentis ad constringendos pollices *mit Anlegung der Daumenstöcke.* JOH. ZANGER. *tr. de Quæst. & Tort. c. 1. n. 35.* FAGUNDEZ. *præcept. 8. c. 21. n. 14. & 15.* SANCHEZ. *lib. 6. consil. cap. dub. 15. n. 12.* Qui autem propriè sint Puberes vel Impuberes & quomodo distinguantur, vid. omninò Excell. Dn. JOHAN. SCHMIDELIUS *Phil. & Ictus magni nominis in Exegef. Schotan. Disp. 8. pag. 171. quam summa cum laude defendit Nobil. Dn. RVDOLPH. CVLEMAN. Minda. Westph. Amicus & Fautor noster singulariter colendus p. t. 1. U. D. Impuberibus similes sunt Furiosi, qui non minus ac illi à tortura eximuntur ob parem rationem l. 3. §. 11. ff. de Quæst. PAUL. GIRLAND. *tr. de Quæst. & Tort. quæst. 6. n. 7.* Quod adeo verum, ut ne quidem de crimine ante furorem commissio furiosum tormentis interrogari posse existimemus cum HENR. BOCER. *d. l. num. 10.* tum quod omni intellectu careat *l. 14. ff. de offic. Pres.* ut finem quæstionis percipere non possit, tum quod omnibus & per omnia absentis loco habeatur *l. 2. §. 3. ff. de Jur. Codicill. & mortuo comparetur. l. 14. ff. Locat.* PAUL. GIRLAND. *in tr. de Quæst. & Tort. qv. 6. n. 7.* Idem & de Melancholico affectu laborantibus censendum esse putat BENED. CARPZ. *Pr. criminal. p. 3. quæst. 118. num. 18.* Quo casu tamen periti Medici sunt consulendi, ne melancholiam fingentes torturam effugiant. 3. Similiter torqueri prohibetur Surdus & Mutus naturâ & simul, quia ab his nulla confessio exprimi potest, & pro fatuis habentur HENR. BOCER. *d. l. cap. 4. n. 16.* Si tamen delinquens per accidens mutus & surdus factus sit, ac literas sciat & intellectum habeat, scripto sub tormentis interrogari & eodem modo responderi debeat, censet CARPZ. *d. l. num.**

21. JOH. ZANGER. *d. l. n. 44.* Quid autem de Coecis, Mi-
 noribus, aliisque his similibus censendum & judicandum
 sit, Confer. JOH. ZANGER. *tr. de quæst. & Tort. c. 1. n. 48.*
 HENR. BOCER. *d. l. n. 20.* BENED. CARPZ. *d. l. n. 25. & num. 7.*
 29. cum seqq. HIPPOL. de MARSIL. *in rubr. C de probat. n. 6.*
 Deinceps quidam à tortura immunes sunt ob corporis De-
 bilitatem, quia tortura non solum est res fragilis & pericu-
 losa per l. 1. §. 23. ff. de quæst. quæ sapius multum damni
 affert, præsertim iis, qui ob corporis debilitatem torturam
 pati nequeunt, quos propterea à tormentis exemptos ef-
 fe statuunt communiter Doctores, confer. JOH. ZANGER.
d. l. c. 1. num. 39. BOCER. *d. l. c. 4. n. 2.* Hinc merito ab ea exi-
 muntur. 1. Senes, qui ætate defecti sunt, ut loquitur Ictus 8.
 in L. 3. §. 7. ff. Sctum Syllan. illi præsertim, qui sine præsentis vi-
 tæ periculo tormentis interrogari non possunt, ut statuunt
 PAVL. GIRLAND. *de quæst. & Tort. q. 6. n. 5. & 6.* HIPPOL.
 de MARSIL. *ad L. 8. ff. de quæst. num. 15.* JOH. BRUNNEM.
rep. Wesenb. ad b. t. qu. 28. BONIF. de VITALIN. *in tr. de*
malefic. libr. 3. c. 11. n. 2. Qui autem ætate defecti dicantur,
 relinquimus merito arbitrio prudentis iudicis, præsertim
 cum hoc casu certa juris dispositione destituimur, JACOB.
 MENOCH. *de d. J. qu. cent. 11. cas. 59.* ita tamen, ut discretus
 iudex non tam de numero annorum, quam de infirmitate
 virium diligenter inquirere tenentur ZANGER. *d. l. cap. 1.*
num. 36. interim quin Senes ad criminis veritatem investi-
 gandam terreri possint, ad exemplum impuberum, non am-
 bigitur. PROSP. FARIN. *in prax. crim. d. quæst. n. 44. & 9*
seqq. CE RUS. in pr. §. ult. qu. 64. n. 22. 2. Ob identitatem
 rationis excipiuntur à tortura Valetudinarii tali scil. morbo
 laborantes, qui omnis ulterioris cruciatus sunt impatientes,
 ita, ut si tormenta adhibeantur, mors certò videatur immi-
 nere, arg. l. 7. ff. de quæst. l. 3. in pr. ff. ad Sctum. Syllan.

MAT-

MATTH. STEPHAN. *ad Const. Crim. art. 59. FR. CA-
SON. in tr. de torment. cap. 10. n. 8.* interim tamen territio
hoc loco non videtur prohibita *arg. l. 1. §. 33. Scitum Syllan.*
vel differenda quæstio ad tempus sanitatis recuperatæ
HENRIC. BOCER. *de l. num. 23.* Ad valetudinarios referen-
di Epileptici: qui itidem torturæ non subjiciendi. Hocque
in praxi ita observari, docet Responsum *Nobiliss. Facult.
Jurid. in hac Illustri Hierana An Schultheiß / Burgermeister
und Rath zu Duderstadt die 5. Septembr. Anno 1659. emis-
sum in verbis: diweil gedachter Hans Hornung mit dem
affectu Epileptico täglich besellet / und an ihm deswegen die
Tortur, wiewohl gnugsame Indicia darzu vorhanden / nicht si-
cher vollstreckt / noch damit etwas aus ihm gebracht werden kan/
derselbe aber unterdessen verschiedener begangenen Diebstähle ge-
nugsam überführet worden / als wird er / 2. 3. Eximuntur*
10. *Fœminæ prægnantes per expressum textum in L. 3. ff. de Pæn-
cujus rescripti ratio duplex redditur, altera, ut foetus serve-
tur salvus & illæsus per l. 18. ff. de Stat. hom. altera, ne ipsa
met fœmina prægnans, quæ illo tempore plerumq; est debili
corpore, ex tormentis damnum vite sentiat per l. 14. §. 2. ff. de
Ædil. Ed. MATTH. STEPHAN. in not. ad const. Crim. art. 58.
Nobil. Dn. JOH. BRUNNEM. in Rep. Wesenb. ad b. tit. quest. 28.
JOD. DAMHAUD. in pr. rer. crim. c. 41. n. 7. BRUNO in tr.
de Indic. & tortur. p. 2. qu. 7. n. 3. Quemadmodum etiam Collegi-
um Ictorum in hac alma GERANA sub Decanatu Dn. Dr. &
SODEN, die 1. Octobris Anno 1663. ad consultationem
Dn. Christiani Langen / Gräffl. Sayn-Witgenstein und Ho-
henloischen Ampts-Berwalter zum Clottenberg In inquisitionis-
Secken Hansen Nippols zu Eschenroda und Anna Lieberings
respondit hisce verbis: Diweil beydes Hans Nippolt und
Anna Lieberings gestanden und bekandt / daß sie die nechst 2.
Jahr hero mit einander gehalten und nicht allein das ausgegrabe-*
ne

29
ne Kind von ihnen gezeuget und umb Fastnacht Anno 1662.
gehören / sondern sie die Anna Liebrings daher auch wieder
schwanger sey: Obnum wohl dieselbe über dieses gestanden / daß
sie das Kind in niemands Gegenwart und ganz allein auff einen
Sonnabend Abends gegen 7. oder 8. Uhr zur Welt gebracht / auch
bis Montags früh bey sich im Bette behalten / und daraus nicht
allein ein böser Vorfas an ihr / sondern auch an dem ausgegrabe-
nen Kinde / dem der Hirnschedel vornher ganz eingebrochen ge-
wesen / so viel erscheinet / daß demselben Gewalt geschehen seyn
müsse / und derowegen dieselbe dem Scharfrichter zur peinli-
chen Frage wohl untergeben werden könnte: so ist sie doch damit
solang / bis sie des Kindes / damit sie schwanger gehet / genesen /
und nach diesem ihre Leibes Kräfte wieder erlanget haben
wird / zuverschonen. Notandum verò hic, quod non sit
credendum mulieri se gravidam dicenti, ad effugiendam
torturam, sed iudex, si dubitet, an mulier sit prægnans, nec
ne, consulere debet obstetrices & medicos juratos, & secun-
dum eorundem dispositionem super mulieris prægnantia
sententiam suam formare. PROSPER. FARIN. qv.
41. num. 85. LVDOV. CARER. in pr. crim. in tr. 2. de In-
dic. §. tort. §. circa tertium qua per §. tort. post. n. 34. CASON.
d. l. cap. 10. n. 6. c. 7. Demum ab his quæstionibus liberan-
tur quidam ob Dignitatem status. Et quidem jure civili
Justiniano per tormenta non interrogantur eminentissimi,
Clarissimi, nec non Perfectissimi l. Divo. 11. C. de Quæst. in
horum ordine quinam fuerint, legere licet apud JOH.
ZANGER. d. l. num. 22. quod tamen hodie, forma & fa-
cie Reip. mutata, ad Principes, Comites & Barones exten-
dendum cum BOCER. d. l. n. 30. His etiam certo
modo Equestri ordinis homines annummerantur arg. L. 4.
C. ad L. Jul. Maj. Quod & ad Nobiles, Doctores & Profes-
sores communiter produciunt MATTH. COLER. de Process.

D

Exe-

Execut. part. 2. cap. 3. num. 176. HENR. BOCER. *tr. de quest & Tort. cap. 4. num. 42. & seqq. Excell. JOH. BRUNNEM. Proceß. Inquisit. cap. 8. membr. 5. num. 22. Dn. D. JOH. SCHMIDEL. d. l. pag. 175. verbis: vel Plebeij vel Nobiles.* Ethodie ex omnium sententia Nobiles, si non majorem, certo tamen parem dignitatem habere censeantur, in qua olim Milites & Decuriones constituti erant. ANDR. TIRAQVELL. *tr. de Nobil. c. 19. & seqq. MATTH. COLER. de proceß. Execut. p. 2. c. 3. n. 176. ZANGER. de Tortur. c. 1. n. 72. 73. Nobilibus hodie non immerito annumerantur Doctores & Licentiati, qui & ipsi Nobiles dicuntur, in l. 2. §. ult. ff. de Excus. tutor. imò Nobilissimi l. diximus 4. in fin. ff. d. t. Si quidem Doctores Iuris iisdem privilegiis gaudent quibus Nobiles, ut nuperrimè quam solidissimè Generosiss. Dn. WULFF. BROCKTORFF. in alleg. doctiss. Disput. de Jure Arm. & Armand. cap. 3. num. 15. probavit. Confer. CARD. de LUGO. p. 2. de Just. & Jure disp. 37. sect. 13. n. 155. Quid de Clericis & Magistris, sentiendum sit, Doctores adhuc controvertunt, quorum rationes prolixius refert BENE-
15 DICT. CARPZ. p. 3. qv. 18. n. 98. & seqq. Studiosos verò à quæstionibus ob privilegia exemptos esse existimat Excell. Dn. JOH. BRUNNEM. in Proceß. Inquisit. cap. 8. membr. 5. num. 24. Hæ verò Regulæ licet jure civili sint verissimæ, nec consuetudine contraria abolitæ, admittendum
16 tamen, quod certas patiantur restrictiones: Nam 1. ces-
sant in criminibus nefandis, atrocioribus & Exceptis, ut Majestatis L. Nullus. C. de Crim. Las. Maj. Homicidii CARPZ. d. l. q. 118. num. 89. Sodomix, Adulterij, l. 32. C. ad L. Jul. de Adult. Incestus, l. 4. & seqq. ff. de quæst. Raptus, Parricidii, Uxoridii, l. fin. C. ad L. Corn. de Sicar. Falsæ monetæ l. fin. C. de fals. monet. Sacrilegij, Incendii, &c. Confer. JOHANN. ZANGER. d. tr. c. 16. n. 65. 66. JOH. BRUNNEMAN. d. l.*

num. 25. 2. Cessant hæc privilegia omnia, cum quis aliàs
 ita se gessit, ut vita professioni contradixerit, nam tunc di-
 gnitas vitiis obfuscata JOH. ZANGER. *d. tr. c. 1. n. 86.* I-
 deoque si inquisitus est talis persona, quæ à tormentis immu-
 nis, deberet iudex testes examinare super vita ante acta, an
 bonus miles & vir bonus habitus sit, ut sciatur, an privile-
 gio illo merito fruatur. Cessante enim causa privilegii,
 nempe virtute & nobilitate, ipsum quoque cessare debet
 privilegium *arg. l. si duas. d. S. gentium. 14. ff. l. 22. S. 1. de Excus-
 ator.* Confer. MATTH. COLER. *de Process. Execut. P. 2.*
cap. 3. num. 139. & seqq. BENED. CARPZ. *Pr. criminal. P. 3.*
quest. 118. num. 86. num. 92. & seqq. JOH. ZANGER. *in tr.*
de Quest. & Tort. c. 1. num. 66. HIPPOL. *de MARSIL. in Pr.*
crim. S. expedita. num. 45. JUL. CLARUS. *lib. 5. Sentent. S. 1.*
n. 9.

CAPUT IV.

DE

CAUSA FORMALI TOR- TURÆ. SUMMARIÆ.

1. *Quid iudici faciendum, antequam ipsum actum Tortura in-
 stituat.*
2. *Quid, si Reus indicia communicata elidere non possit.*
3. *An appellatio admittenda, si Reus à sententia, qua Tortura
 dictatur, appellet.*
4. *An modus Torturæ in jure definitus.*
5. *An in Tortura dictanda debeat considerari qualitas Delicti,
 Indiciorum, Temporis & c.*
6. *An id, quod Reus in tortura confitetur scribi vel attendi de-
 bet, an vero id, quod tortura remissa fatetur.*

D 2

7.

7. *Responsam Nobil. Facult. Jurid. in hac Elect. Acad. Erfur-
tens.*
8. *Quid juris si Reus, post torturam moriatur.*
9. *Judex, qui Reum deolo malo Tortura subicit, quomodo puni-
endus.*
10. *Sed quid si culpa Reum tortura subiciat.*
11. *Si Judex modum Tortura excesserit.*
12. *An Judex semper Tortura debeat adesse.*
13. *Quo tempore Tortura actus instituentus.*
14. *Si plures sine ejusdem criminis complices, quo ordine tortura
instituentur.*
15. *An malum nomen faciat suspicionem criminis.*
16. *Quomodo Reus in tormentis pendens debet interrogari.*
17. *An Suggestiones admittenda.*
18. *An Reus, qui delictum confessus est, etiam de aliis delictis
tortura mediante interrogari possit sine novis iudiciis
remissis.*

A Nequam vero executio Tortura instituitur, Iudex adhuc interrogationibus & monitionibus ad dicendam veritatem de omnibus sigillatim in Processu apparentibus, & de quibus sunt Indicia, Inquisitum impellat. FLAMMIN. CHARTAR. lib. 4. c. 1. num. 58. Neque sufficit, indicia & praesumptiones adversus delatum vel accusatum adesse, sed rationes & causae indiciorum accuratè & diligenter indagandae ac ponderandae sunt, ac simul disquirendum, nam Reus probabiliter eas elidere, contrariisque adductis & praesumptionibus refutare ac tollere queat. Et hoc est, quod Imp. CAR. V. circa indicia qua vis, duo probè notari velit, scilicet causam Indiciorum, & praesumptionem ex parte Rei causam elidentem,

tem, ut legere licet in *Const. Crim. ars. 28.* Quod etiam eo casu procedit, quando Reus communicationem Actorum non petierit, cum quisque propriae defensionis renunciare non praesumitur *Constit. criminal. CAROL. V. art. 47.* Data Reo copia, si indicia ab eo negentur, Iudici incumbit, ut de eorum veritate inquirat, & probationes de Rei innocentia suscipiat. *CARPZ. pract. crimin. p. 3. quest. 123. num. 2.*
 64. Si vero indicia illa elidere nequeat, crimen tamen adhuc pertinaciter neget, Iudex ad petitionem Actoris diem quaestionis habendae statuere debet, per *art. 45. Constit. Criminal. CAROL. V.* & sententiam de Reo torquendo publicare. Sed quid si reus vel inquisitus ab hac sententia appellat, an illa Appellatio est admittenda? Quod simpliciter affirmare videntur *ex L. 2. ff. de Appellat. recip. CLARUS qu. 64. n. 27. & ANT. GOMETZ. tom. 3. resol. cap. 13. num. 23.* praesertim si reus se gravatum existimet. Sed nos malumus cum *FARINAC. pract. criminal. quest. 38. n. 25. & BRUNNEMAN. in Process. Inquis. cap. 8. membr. 5. num. 39.* distinguere, utrum Appellatio illa evidenter sit frivola, an non, ita ut illo casu Iudex non teneatur, imo & non debeat deferre Appellationi per *l. 2. ff. de Appellat. recip. ibi. si contra leges hoc faciat.* Hoc vero casu, & quando in dubio versatur, Iudex omnino appellationi deferre debet, ut statuit *MARTIN. DELRIO. libr. 4. Disquis. Magic. Sect. 9.* vel consulat peritiores, periculosum enim est Iudici a quo suo consilio appellationem rejicere, Confer. *PROSPER. FARIN. 4. d. l. Modum autem Torturae in jure nostro expressè definitum non reperimus, praeterquam quod Ulpianus in L. Quaestionis. 7. ff. de Quaest. respondit: Quaestionis modum magis esse, Iudices arbitrari oportere; itaque Quaestionem habere oportet, ut servus salvus sit vel innocentia, vel supplicio.* *GOMETZ. tom. 3. Var. resol. c. 13. n. 4.* In hac lege

Iteus Ulpianus dicit : Iudices modum arbitrari debere,
 quod intelligendum est secundum qualitatem & conditio-
 nem eorum, qui torturæ subjiciendi sunt, quorum alii robu-
 sti, alii debiles, alii Nobiles, alii Plebeji, HIPPOL. de MAR-
 SIL. in d. l. *quæstionis modum* 7. n. 1. ff. de *Quæst.* JACOB. ME-
 NOCH. de A. I. Q. cent. 3. casu 271. num. 1. Rectè ergo Ul-
 pianus in L. 1. §. 23. ff. de *Quæst.* dixit ; Plerosque patientia
 sive duritia tormentorum, ita tormenta contemnere, ut
 exprimi eis veritas nullo modo possit, alios tanta esse im-
 patientia, ut quodvis mentiri, quam tormenta velint. In-
 telligi quoque debet hoc, quod dicitur, iudices modum ar-
 bitrari debere secundum delicti, indiciorum, & temporis
 qualitatem l. 10. §. 3. ff. de *Quæst.* ubi : asserit ARCAD-
 IUS, quod Tormenta adhibenda sint, non quando Accusa-
 tor postulat, sed ut moderatæ rationis temperamenta de-
 siderant. Nam si hoc spreto sine discrimine Iudices reos
 tormentis vexent & sub veritatis eruendæ prætextu horren-
 dis modis dilanient, & ad ea, quæ nunquam patrarunt, nun-
 quam dixerunt, nunquam cogitarunt, confitenda adigant,
 eo sane nihil crudelius & atrocius, & ab omni jure & ratio-
 ne magis alienum. HIPPOL. de MARSIL. in *pract.*
crim. §. *expedita.* num. 86. EMAN. SOARETZ. in *Addit.*
 & *Resol.* ANTON. GOMEZII. tom. 3. cap. 13. lit. C. Hinc
 CAROL. V. in *Constit. crim. art.* 58. Von der Maß-
 peinlicher Frage / expressam legem tulit, his verbis : die pei-
 nliche Frage soll nach Gelegenheit des Argwohns / Person / viel
 oft / oder wenig / hart oder linder / nach ermäßigung eines guten
 vernünftigen Richters fürgenommen werden; und soll die Sa-
 ge des gefragten nicht angenommen oder aufgeschriben werden / so
 er in der Marter / sondern soll seine Sage thun / so er von der Mar-
 ter gelassen ist. Confer. *add. art.* 58. MATTH. STEPHAN.

Qua

Quae de causa etiam Magnifica Facultas Iuridica hujus loci die
 17. Septembr. Anno 1661. in causa Burchard Stohns
 amplissimo Senatui Erfurtensi ita respondit: Deiwil Inquisi-
 tus nicht allein den Diebstal der zweyen Schachteln sambe der
 in actis gemelten Inlage bey Meister Hans Leiben Wörrichern
 allhier/wofelbst er zum Weine gewesen in Gegenwart seines Töch-
 terleins / so es es gesehen/vermessener weise/ begangen/ solchen
 aber solange verleugnet / biß er in die Zwyermanns-Kammer
 durch die Stadtknechte besuchet / und der Diebstahl / wiewohl
 er solchen mit vielfältigen meisterlichen Practiken zuverdeckelen
 gemeint/endlich bey ihm gefunden worden/sondern auch wegen an-
 dem bey sich in seinem Ranzen habenden allerhand Sachen sich
 wieder ihn starker Verdacht ereignet/das er solche zum theil durch
 Diebstahl und Morde an sich gebracht und zum theil zu solchem
 Verbrechen ferner zugebrauchen willens gewesen: Als ist er /
 die Wahrheit zuerkündigen / dem Scharfrichter zu untergeben/
 erst gütlich / jedoch ernstlich und mit Bedrohung derer zur Tortur
 gehörigen und bey handen habenden Instrumenten, hernach
 29 mahls aber / und wo dieses bey ihm nicht verfahren wolte /
 27 peinlich jedoch ziemlicher massen / nach Art und Weise / wie
 28 es Thüringen hergebracht / anzugreifen und zu befragen / etc.
 Porro dicit ULPIANUS in d. l. *Questionis modum* 7. ff. de
Quaest. Quætionem ita haberi oportere, ut servus servus
 sit vel innocentiæ, vel supplicio. FARINAC. *pr. crim.*
qv. 41. n. 104. Dn. BRUNNEM. *proc. Inquis. c. 8. membr. 5.*
n. 27. Quid ergo si servus non remaneat, sed vel dece-
 dat vel maximam jacturam Valetudinis faciat? Icti hic va-
 riè distinguunt, scil. aut tortus morte occubuit ob atro-
 9 citatem & excessum tormentorum, aut adhuc vitam agit:
 Priori casu, si iudex dolo malo, ut quia pecuniam accepit,
 aut licet non acceperit, calore tamen inductus, nullis præ-
 cedentibus indiciis Reum quæstioni subjeceret, pœna capi-
 tali

lia affici debet. *L. Iulia. 7. §. hodie 23. ff. ad L. Iul. Repetund.*
 BRUNUS. *in tr. de Indic. & tortur. p. 2. q. 5. n. 18.* ZAN-
 GER. *in tr. de quast. & tortur. c. 4. n. 21.* ÆGID. BOSS.
in tit. de Tortur. n. 28. Quod si ex indiciis minus sufficienti-
 bus tormentis reus afflictus sit, quoniam non dolus, sed cul-
 10 pa iudicis arguitur, pro modo culpæ pœna in eum sta-
 tuetur, quæ arbitraria est *l. 1. §. Divus Hadrianus 3. vers. sed si*
clari. & L. Lege Cornelia 4. ff. ad L. Corn. de Sicar. ALPHONS.
 VILLAG. *in pr. can. libr. 7. tit. de Tortur. cap. 11. & 12.* Sed
 11 posteriori casu, si iudex modum excefferit, pœna similiter
 erit arbitraria. *arg. l. si adulterium 27. §. Imperator. 8. ff.*
ad L. Iul. de Adult. l. 15. §. 41. vers. Quæstionis verb. ff. de Injur.
 Confer omnino JACOB. MENOCH. *de A. I. Qu.*
lib. 2. cent. 4. cas. 340. ANTHON. GOMETZ. *tom. 3.*
 12 *Resol. cap. 13. num. 6.* CARD. de LUGO. *p. 2. de J. & J.*
disp. 37. sect. 13. n. 157. Quomodo autem probetur, utrum
 Iudex modum torturæ excefferit, vid. MENOCH. *d. loc.*
 Hinc Iudex ipse meritò semper Torturæ debet adesse. Nam
 si posito reo in tortura iudex abeat forte ad capiendum ci-
 bum, vel quod pejus est, ad ludendum, reumque relinquat
 vel solum, vel manibus custodum, ut plurimum crudelium
 & indiscretorum, tortusque deficiens in tormentis moria-
 tur, Iudex hic non tantum pœna juris civilis puniendus,
 sed & Dei iratas manus non effugiet, ut admonet *Nobil. Dn.*
 JOHANN. BRUNNEM. *in Process. lingvis. c. 8. membr. 5.*
num 41. ex dicto Salvatoris nostri Matth. 7. vers. 2. & Luc. 6.
 13 *vers. 38.* Quia mensura mensi fueritis eadem remediatur vobis.
 Ad tempus quod attinet, non debet Iudex torturam exequi
 die feriato, & cultui divino consecrato, nisi Reipublicæ ex-
 pediat pœnam inquisitorum accelerari *l. pen. C. de Feriis*
 CLARVS. *§. fin. qu. 64. n. 34. & qu. 97. n. 6.* Hac modera-
 tione

sione Iudex quoque uti debere, ne statim à cibo sumpto qua-
 sitionem instituatur, sed ut minimum quinque vel sex horis
 abstineat à quaestione, ne scilicet stomachus damnum ali-
 quod pariat, ut existimat MARTIN. DELRIO. *disq.*
magic. sect. 9. pag. 103. PROSPER. FARIN. *pr. crim. quest.*
38. n. 12. Utrum autem tortura tempore matutino vel no-
 cturno instituenda, hoc legere licet apud CARPZ. *d. l.*
quest. 124. num. 8. De ordine autem, si plures sint ejusdem
 criminis conscii & complices, Iudex scire debet, quod tor-¹⁴
 turam incipere debeat ab eo, qui inter illos maxime est su-
 spectus, *l. 1. §. 2. de quest.* Si verò omnes æquè suspecti, tunc
 ab illo initium faciendum, qui timidior videtur, vel teneræ
 magis est ætatis, adeo ut spes sit, facilius ab isto, quam ab
 altero extorqveri veritatem posse *l. 18. princ. de quest.* JOH.
 ZANGER. *tr. de Quest. & Tort. cap. 4. num. 26.* Hinc à
 Ictis nostris statuitur, si inquisiti sint duo disparis sexus, à
 foemina inchoandum esse, quia verisimile est, Foeminam ci-
 tius confessuram delictum & veritatem dicturam esse, quam
 masculum, ut per arg. *L. filia. 20. C. de. Inoffic. testam. §. l.*
deserre. 18. in pr. ff. de jure fisci. JACOB. de BELLOVISU
libr. 3. pr. crim. cap. 6. n. 5 & 6. JOH. ZANGER. *d. l. n. 15*
 27. Præterea ut turpe & malum nomen facit suspicionem
 criminis BLANCUS *in tr. de Indiciis. n. 496.* Sic si plu-
 res de uno delicto suspecti sint, nec contra hunc vel illum
 urgentiora existant indicia, ab eo, qui turpe nomen ha-
 bet, torturam incipiendam esse, statuunt HIPPOL.
 de MARSIL. *in l. 1. in princ. ff. de Quest. num. 39.* FRID.
 BRUNUS. *in tract. de Indic. quest. 5. part. 2. num. 55. in fin. 16*
 Dum verò Inquisitus in tormentis pendet, debet Iudex eum
 interrogare de ipso delicto, & quidem articulatè BENED.
 CARPZ. *Pr. crim. P. 3. quest. 124. n. 31.* Articuli autem de-
 E bent

bent esse multo pauciores, quam qui in primo examine fuerunt propositi. **GEORG. REMUS.** in *Nemes. Karol. art. 100. ibiq.* **MATTH. STEPHANI.** Hic enim non opus est, ut per ambages procedat Iudex, sed ad ipsam rem accedat, & super ipso delicto statim quarat, an hoc fecerit.

¶ **A** suggestionibus verò diligentissimè tanquam à peste abstinere debet v. gr. Non debet Iudex interrogare, an Sempronium occiderit die 25. Februar. horâ illa, & quidem gladio Titii. Sed an occiderit Sempronium? quo die? qua hora? quo instrumento? & ita ut tantum qualitates & circumstantiæ maximè necessariæ inquirantur, de quibus prolixius legere licet *Const. Criminal. CAROL. V. art. 48. 49. 50. & seqq.* & ad illos **MATTH. STEPH. CLARUS.** in *pract. S. ult. quest. num. 11.* **BOCER.** *tr. de quest. & tortur. c. 5. n. 47.* Sic & caveant hic Iudices Examinatores, ne in uno eodemq; articulo plura interrogatoria jungant, & facta diversa cumulent, quo ipso non modo quaestiones confunduntur, sed & confessio rei non absq; ingenti ejus periculo sæpius obscuratur, qui affirmando unum factum, alterum in eodem articulo comprehensum neque forsitan cogitatum fateri quoq; videtur. An autem Inquisitus, qui delictum confessus est etiam de aliis delictis mediante tortura interrogari possit sine novis indiciis, hoc pluribus docent **PROSPER. FARINAC.** *quest. 37. num. 169. Excell. Dn. JOH. BRUNNE-MAN.* in *processu Inquisit. cap. 8. membr. 5. num. 63.* **BENED. CARPZ.** *pr. criminal. p. 3. q. 124. per tot.* **JOHAN. ZANGER.** *tr. de Quaest. & Tortur. c. 2. §. 3.* qui hunc precesum, quomodo scilicet Reus super ipso delicto in tormentis interrogandus, & quæ forma in hoc secundum Nemesin Carolinam observanda, prolixis verbis demonstrant, ad quos, quia tantum theses quasdam & non commentaria

con-

55
conscribere animus est, Candidum Lectorem brevitatis er-
go remittimus.

CAPUT. V.

De

FINE ET EFFECTU TORTURÆ.

SUMMARIA.

1. *Finis Tortura primarius.*
2. *Quis Effectus Tortura.*
3. *Quis sit Tortura Effectus, si Reus tortus in negando persiste-
rit.*
4. *Si Reus tortus negaverit, an tantum ab instantia, vel defi-
nitivè sit absolvendus.*
5. *An Reus absolutus Urphedam prestare teneatur.*
6. *Si Reus tortus propter defectum probationis sit absolutus, an
ludex vel Actor incurrat in pœnam.*
7. *Si Reus semel tortus & absolutus, an ob nova indicia denuo
tortura subjiciendus.*
8. *Qualis confessio esse debeat, ut sufficiens & idonea illa sit ad
condemnationem.*
9. *An confessio tormentis expressa sine ratificatione sufficiat ad
condemnationem.*
10. *An ratificatio debeat fieri extra locum Tortura.*
11. *An ratificatio debet fieri incontinenti.*
12. *An ratificatio hac debet fieri coram Judice & Scabinis.*
13. *An Confessio Rei à Notario pralegenda.*
14. *An confessio Rei verbo tenus consignanda.*

E 2

15. De

15. De Pœna iudicis Reum illegitimè torquentis.
 16. Quid statuendum de provocacione ad vallem Josaphat.
 17. De hac provocacione Exemplum in Magistro quodam Teutonici ordinis. &c.
 18. Aliud exemplum in Satrapa quodam apud Westrogotos.
 19. Aliud exemplum in Capivanco quodam Belgico.
 20. Provocatio hac ad vallem Josaphat non simpliciter contemnenda.
 21. Conclusio cum Admonitione ad Judices.

Inis Quæstionis sive Torturæ est, ut per eam veritas exploretur per l. 15. §. 41. ff. de Injur. Constitutionibus Principum enim permissum est ad illuminandam veritatem per tormenta interrogare, ut dicitur in l. 10. C. de Quæstion. neutiquam verò, ut Reus per tormenta interimatur l. 8. §. 3. ff. de Pœn. MATTH. WESENB. ad b. t. num. 12. & Quæstionis causa nullus est damnandus, ut rescripsit Imp. Hadrianus in l. 21. ff. de Quæst. scilicet ut quis pœnæ causa torqueatur, ut inquit DIONYS. GODOFR. ad d. l. 21. Hinc CICER. in Topic. ait, verberibus torti & igne defatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere, ad hanc enim exquirendam quæstiones efficacissimæ existimantur per l. 8. ff. de Quæst. HENRIC. ZOES. in Comment. ad b. t. num. 61. Effectus verò Torturæ principalis consistit in eo, quod Judex fidem quæstioni habere debeat per l. 1. §. 23. ff. de Quæst. Siquidem in hunc solum finem tormenta adhibentur, ut veritas delicti exquiratur & confessio Rei extorqueatur. Cum autem hæc confessio rei non semper eadem ac uniformis sit, sed vel negantis, vel confitentis delictum, quandoq; etiam planè non præjudicet confessio, si scilicet Reus illegitimè fuerit tortus, sequitur, quod nec semper unus &

eodem effectus questionis esse possit; & vel triplex ille esse
 videtur. Primus autem Effectus consistit in Rei non con-
 fessi, sed negantis absolutione, si scilicet Reus in negando
 persistit, tunc unanimes est Doctorum sententia, quod in-
 dicia criminis, quibus gravatus erat Reus, purgata censentur, 3
 ac proinde is absolvi, ac liberatus carceribus dimitti de-
 beat per *l. ult. ibi. De seruo Quæstio habetur, quo absoluto ff. de
 calum. Const. Crim. CAROL. V. art. 61. HENR. BOCER.
 tr. de Quæst. & Tortur. cap. ult. num. 1. NICOL. BOËR. de
 eis. 163. num. 9. ZANGER. de Quæst. & Tort. cap. 5. num. 2.*
 Nisi accusator crimen sufficientibus testibus probare velit,
 ad hanc probationem enim illum admitti debere, sancitum
 reperimus ab Imp. CAROL. V. in *d. art. 61.* Sed utrum ab
 instantia Iudicii tantum, an verò simpliciter & definitivè
 sunc sit absolvendus, Doctores valdè dubitant. Priorem
 sententiam fovent JACOB. MENOCH. *lib. 1. de Præsumpt.
 qu. 93. in fin.* ZANGER. *d. l. cap. 5.* moti imprimis hac ra-
 tione, quod Reus definitivè absolutus, postea de eodem cri-
 mine amplius accusari nequeat *cap. 6. x. de Accus. l. 7. §. 2. ff.
 d. 1.* cum tamen postmodum novis ac certis indiciis reper-
 tis in vindictam publicam rapi debeat *l. 51. ff. ad L. Aquil.*
 Verum posteriorem, quod scilicet Reus à crimine simpliciter
 & definitivè sit absolvendus, intellige, quoad hanc causam
 ita ut nec fidei iussores dare teneatur, *l. qui accusare. C. de Pro-
 bat. non autem in totum, ita, ut propter alia indicia rursus
 capi non possit, approbant per cap. ult. x. de purgat. canone
 BACHOV. in Treutl. vol. 2. Diss. 31. tb. 5. lit. G. ANTHO.
 GOMEZ. tom. 3. comm. 3. c. 13. num. 28. FACHIN. libr. 4
 1. contr. 33. & libr. 5. contr. 16. MATTH. STEPH. ad Con-
 stit. Crim. art. 58.* quibus & nos ad stipulamur, tum quod re-
 gulariter Actore non probante Reus sit absolvendus *l. 4.*

C. de Edend. tum per *art. 61. Constit. CAROL. V.* quata opinionem ut verissimam, praxin quotidianam observare testatur *BENED. CARPZ. Pr. crim. p. 3. qu. 125. num. 14*
 5 Non aliter autem reus ex vinculis dimittitur, nisi præstiterit Urphedam, quæ genus quoddam cautionis habetur, quæ reus, qui carceribus liberatur, jurat, se non ulturum quicquid ibi passus est, ac si condemnatus sit, pariturum se etiam sententiæ *MATTH. STEPH. ad Constit. Crim. CAROL. V. art. 20. §. es soll auch keine Obrigkeit. ZANGER. d. tr. c. 5. n. 2. BOCER, d. l. c. ult. n. 3.* Et si hoc modo sit
 6 reus dimissus, attamen nec Iudex, nec Actor in ullam incurrunt pœnam, qui ordinariis & jure concessis modis ac mediis investigarunt; *Constit. crimin. CAROL. V. artic. 61.* quippe quod indicia probata causam torturæ dederint. Nam hoc sanctissimæ leges exigunt, ut non solum crimine ipso, sed & suspitione criminis, unde indicia desumuntur, carere & vacare quem oporteat, ut & secundum doctrinam *Pauli 1. ad Thessal. cap. ult. vers. 22.* Nos Christianos non solum à malo, sed & à specie mali abstinere decet. Quæ verò
 7 hic de Absolutione rei dicta sunt, non perpetuò obtinent, accidit enim aliquando, ut rei licet neganti & in tormentis constanter perseveranti fides nequaquam habeatur; sed potius adversus ipsum tortura reiteretur, ac denuò repetatur, ut indicant verba in *Constit. crim. CAROL. V. art. 58.* Die peinliche Frage soll nach Gelegenheit des Argwohns der Person viel / offi / oder wenig / hart oder linder nach ermäßigung eines guten vernünftigen Richters sürgenommen werden. &c. & ad illum *MATTH. STEPHAN. novis scil. indiciis supervenientibus per l. 16. ff. b. t. Confer omnino Dn. JOH. BRUNNEM. Process. Inquisit. cap. 8. membr. 5. n. 84. & seqq. VENTVR. de VALENT. in Partben. litig. libr. 1. c. 24. n.*

37. **BENED. CARPZ.** *Pr. crim. P. 3. qu. 125.* hæc de rei
negantis absolutione. Alter Torturæ Effectus consistit
in condemnatione rei confessi, quemadmodum enim re- 8
us crimen negans, purgatis per habitam Quæstionem indi-
ciis absolvendus est: ita vice versa condemnari debet, si
in tortura delictum confessus fuerit. *l. Qui sententiam 16. C.*
de Poen. & ad illam Dn. JOH. BRUNNEMAN. Modo ta-
men omnia accuratè fuerint observata, quæ ad quæstionem
habendam necessarià in præcedentibus demonstravimus,
utpote quod crimen certò sit commissum, Reus ex verisimili-
bus & legitimis Indiciis sit tortus, item ejus conditionis & qua-
litas fuerit, qui torqueri, potuerit, & quæstio legitimo mo-
do habita sit; ita etiam ut confessio veritati sit consentanea,
quæ ita postmodum etiam reperta fuerit, cum omnibus
qualitatibus & circumstantiis, quas in *Constit. crim. CAROL. V.*
fusè licet legere. Similiter, ut Reus in confessione perseveret,
eamque constanter ratificet. *l. 2. C. de Custod. Reor. Const. crim.*
CAROL. V. art 16. Dn. D. JOH. STRAUCH. diss. 29. 9
apb. 27. Nam sine Ratificatione confessio non valeret, nec
illi confessioni mox standum, nisi reus in illa perseveret
ZANGÉR. *de Quæst. & Tort. cap. 5. num. 36. CARPZ. d. l. q.*
126. num. 17. Nec etiam sufficit Ratificatio tacita, scilicet
quod tortus tacitè perseveret in ea confessione, illam non
revocando, sed opus est, ut illam expressè ratificet apud acta,
ut tradit **CLARUS.** § *fin. quæst. 46. num. 40. Et BENED.
CARPZ. *Pr. crimin. p. 3. quæst. 126. num. 19.* quatuor singu- 10
laria requisita hujus ratificationis recenset, quibus **Dn. JOH.**
BRUNNEM. *d. l. num. 82.* quintum addit. Primum est,
ut ratificatio fiat extra locum Torturæ, sive in carcere, si-
ve extra carcerem; *Constit. crim. CAROL. V. art. 56. ibi*
in der Büchleinde odit ander Gemach. **CLARUS, d. quæst.***

- ¹¹ 64. num. 41. Secundum est, ne illa ratificatio fiat inconti-
 nenti, nec paulo post torturam, sed ex intervallo quodam,
 & dolore tormentorum cessante. *adde art. 56. Const. crim.*
CAROL. V. ibi Zum wenigsten über den andern o. e. mehr Ta-
ge. &c. MASCARD. vol. 1. conclus. 353. n. 12. CARD.
de LUGO. p. 2. de Jur. & J. disp. 37. sect. 13. n. 156. LESSI-
US. libr. 2. c. 29. dub. 17. n. 168. Tertium, requisitum isti-
¹² us Ratificationis est, ut fiat coram Iudice, duobus Scabi-
 nis & Notario, adeo ut si coram testibus facta esset, non
 sufficeret, quia esset extrajudicialis per *art. 56. Const. CA-*
ROLUS. V. ibi. Für den Banrichter und zweyen des Ge-
¹³ richtes/ &c. Quartum est, ut Notarius torto reo suam con-
 fessionem de verbo ad verbum clara & alta voce prælegat,
 ac opportunè interroget, numquid contenta in depositione
¹⁴ sibi prælecta falsus fuerit, an aliquid velit addere. Quin-
 tum & ultimum est, ut singula verba formalia, & si fieri
 possit, etiam gestus Inquisiti per Notarium diligenter con-
 signentur. Confer omnino *BENED. CARPZ. Pr.*
crim. P. 3. qual. 126. num. 20. AMBROSIN. cap. 5. num. 6. &
¹⁵ *segg.* Tertius & Ultimus Effectus Torturæ consistit in pœ-
 na Iudicis, qui reum illegitimè tormentis affici fecit, sed
 cum in cap. quarto jam prolixius de pœna horum Iudicum
 dictum sit, eadem hic repetere nolumus, & optamus saltem
 his Iudicibus cum *BENED. CARPZ. Pr. crim. P. 3. qu.*
127. num. 1. Ut duos sales habeant, alterum scientiæ, ne in-
 sipidi sint, conscientiæ alterum, ne sint diabolici, & ne pro-
 lubitu in miseros Reos sæviant, sed scientiam & conscientiam
 in consilium vocent, quo abservato, verisimile est, eos
 tanta adhibituros tormenta, quanta ratio moderata dicta-
 verit per *l. de minore. 10. §. tormenta 23. ff. de Quest.* ac propte-
¹⁶ rea ab omni periculo immunes fore. *BENED. CARPZ.*
d. h.

4. 1. 1. 2. Coronidis loco autem hic quaeritur, quid statuen-
 dum sit de Provocatione ad VALLEM. JOSAPHAT,
 sive de Appellatione ad JESUM CHRISTUM, *Joel. c.*
3. v. 2. & ad illum *JOH. TARNOV. in Comment. p. 99. &*
100. Dn. D. SALOM. GLASSIUS. in Philol. sacr. libr. 4. tr. 3.
p. 878. quo flebili & miserabili remedio usi sunt duo Nobi-
 les perduellionis accusati, quos Ferdinandus Quartus Hi-
 spaniae Rex ex altissima turri praecipites dari jusfit. Ab eo
 namque ad Divinum tribunal appellarunt, ut Rex Ferdinan-
 dus die trigesima compareret, qua, cum dormire crede-
 retur, in fata concessit, ut refert *RITIIUS. libr. 3. Regn.*
Hispan. & FVLGOS. libr. 1. cap. 6. DANHAVER. in
Evangelischen Memorial. p. 879. Similiter Magister Teu-
 tonicus ordinis in Livonia, cum juvenem injuste furti con-
 demnasset, citatus in diem decimum tertium, ut verum ex-
 periretur judicium: En morior, inquit, & video, qui me
 vocavit, astantem. *CRANTZ. libr. 11. Vandal. cap. 11.*
CASP. SCHUTZ. libr. 4. Chron. Pruss. De Henrico An-
 tistite Moguntino Romae accusato, sed injuste, (ut legi-
 tur condemnato) vide *JVST. LIPS. in monit. & ex-*
empl. Pol. cap. 11. vers. 1. de Divina Justitia. *GEORG.*
LAVTERBECK. in libro suo Regentenbuch nominato part.
3. cap. 4. qui dicto loco plura exempla de hac provocatio-
 ne ad Vallem Josaphat refert. Johannes Tunsonis Satra-
 pa apud Westrogothos cum quendam capite plecti mandas-
 set, qui genibus flexis: En morior, inquit in juste, teque
 voco hac hora ante Tribunal Dei, cur me innocentem
 morti condemnes, lite nondum finita. Judex equo cor-
 ruit, vitam finit, & socius eius factus est ante tribunal coe-
 li, quem inique judicaverat in terra. *OLAVS. MA-*
GNVS. de Gent. Septentr. libr. 14. cap. 20. Item Anno
 F 1606.

1606. in Belgio contigit, ubi miles quidam Germanus Iu-
 venis injustè tortus & damnatus fuit, qui cum innocentiam
 suam prodesse non videret, terribili voce vocat Capitane-
 um suum, eique dicit post tres septimanas, hac ipsa hora
 noctis, qua strangulor Deo rationem reddes de sanguine
 meo, prout & factum, Capitaneus elapso termino, in
 puncto illius horæ in visitatione excubiarum è ponte nava-
 li labitur & submergitur. Confer. *STEPH. in Inst. vul-*
ner. tit. 3. cap. 6. n. 27. CAMPO. FVLGOS. libr. 1. JOACH.
STEPH. libr. 4. de Ecclesi. Jurisd. cap. 10. num. 18. CAMER.
oper. succisiv. cap. ult. CHRIST. BESOLD. in Thesaur.
Pract. Verb. Ins Thal Josaphat laden edit. neriss. pag. 437.
 in quibus plurima exempla de hac provocatione ad Judici-
 20 um in *VALLE JOSAPHAT* legere licet, Unde ergò
 apparere videtur, in Criminalibus ejusmodi provocatio-
 nem ab hoc seculo ad alterum & ad Divinum tribunal à
 DEO quasi fuisse receptam. Exempla plurima tam
 recentia quam antiquiora hic ex *JOSEPH. MARIANO*
libr. 19. Annal. Hispan. c. 11. PHILLIPPO D'AN-
DÓR FFER Schauptas Eurst. und Lehrreicher Geschichte
p. 3. p. 151. JUST. LIPS. monit. polit. libr. 2. cap. 1. BESOLD.
tr. de Appellat. ONUPHR. PAMPHIL. Epitom. de pontif.
Roman. possent adduci, quod crudeliores & iniqui Iudices
 juris ordine non servato à tempore fusi sanguinis non man-
 serint sibi similes, sed continuo fermè animo perturbato
 tristiores apparuerint, quidam etiam corpore ita contabu-
 erint indies, ut brevi ex hac vitæ temporali decesserint;
 Idque procul dubio conscientia morsu, citationem Dei ju-
 stissimi coram Divino ejus Iudicio comparendi ad provoca-
 tionem innocentum sentientes. Sed nos hujus Quæsti-
 21 onis Decisionem justissimo Dei Iudicio relinquendes fini-
 mus

reus nostram Disputationem sequentibus rythmis , quos
 B. Dn. Cancell. Danic. *THEOD. REINK. in tr. de R. S.
 & E. libr. 2. class. 3. cap. 12. n. 42.* testatur , se legisse Colo-
 nia in Cœnobio Carthusianorum , qui digni sane ut aureis
 literis omnium Iudicum superiorum oculis publicè expo-
 nantur :

Judicabit Judices Judex Generalis
 Ibi nihil proderit dignitas Papalis
 Sive sit Episcopus, sive Cardinalis.
 Reus condemnabitur, nec dicetur qualis
 Ibi nihil proderit quicquam allegare,
 Neq; quid excipere, neque replicare,
 Nec ad Apostolicam sedem appellare,
 Neque Codicillos Cæsaris citare,
 Reus condemnabitur, nec dicetur quare,
 Cogitare miseri, quid & quales estis,
 Quid in hoc judicio dicere potestis
 Hic non erit Codici locus, nec Digestis
 Idem erit Dominus, Judex, Actor, Testis!

DEO SOLI GLORIA.






AN TORTURA probet liquidò, quis
 sons sit & insons
 Criminis admissi; non liquet usque
 adeò.

Hoc tamen inde liquet: dubium dum discutis
 istud,
MEIBOMI, ingenium quod probet omne
 tuum.

Eccard. Leichner, Med. D. P. P.

*Phys. Ord. & h. t. Med. Coll.
 Decan. Acad. Rector.*



Non bene conveniunt Cœlo tortura, vel enses
 In Cœlo torques Æmiliane Reum?
 Torturam eximiè claro sub Præside tractas;
 Quis reus? & crimen? dic, rogo, licet ubi?
 Brachia luxantur, tenduntur membra, quid ergo?
 In Cœlo fundi debuit iste cruor?
 Torquentur fures, homicidæ, prædo, magusque
 In Cœlo quis fur? quit tibi prædo, magus?

Tor-

Torquetur plerumque reus satis unicus, at tu
 Pluribus intentas tormina dira simul.
 Torturam fugiunt alii, tu quæris in aula,
 Qui te torquet, forsitan amicus erit.
 Torqueri, crudele nimis; mors ipsa, fateri;
 Quæ datur ingenio vexa, cruenta nimis.
 Carnificem torquere reum, quæ gloria, vel laus?
 Ame torqueri gloria, lausque tua est.
 Extendis, torquesque reos, ut dicere verum
 Possint; in vino verius omne latet.
 Ut reus hic crimen cogatur prodere, vinum
 Fac bibat: in vino lingua tacere nequit.
 Omnibus innatum, post pocula nolle tacere,
 Qui bibit; is loquitur fanda nefanda: proba.
 Frustra igitur toties tenduntur membra reorum.
 Nil tegere oclusum Vina Venusque solent.
 Ut possis igitur melius potare falernum
 Esto reus, factum crimen adusque nega.
 An quis sit tortus? quo tempore? quæstio facti est?
 An bene sit tortus, quæstio juris erit.
 Torturam sequitur mala crux, infamia, vel mors;
 Sis cavetu, plures ne mereare cruces.
 Torturam metuis BÜTTNERO PRÆSIDÈ? miror!
 Non fuge, sta fodes; ista corona tua est.
 Non est quod metuas: HOC AURIGANTE, triumphum,
 PRÆSIDÈ, decertans perdere nemo potest.
 Ille suum pugilem faciet conscendere currum,
 Victoris cinget multa corona caput.

*Metalis Cerasus vireat tibi florida semper,
Intexat serus Laurea ferta nepos.*

*Egregio & pererudito Domino Respon-
denti adgratulabatur & accinebat*

Andreas Wigand non ita pridem So-
cietatis JESU Presbyter. SS. Theologiæ
Licentiatus ejusdemque in Universitate Er-
phordiana Professor publicus, & Consilii Se-
creti Adessor, jam verò in Universit. Jenensi
Theologus & Concionator Evangelic.

Castalidum quòd sis sectatus castra Sororum,
MEIBOMI, semper teneris vigilanter ab
annis,

Non solùm specimen Sophies demonstrat acutũ
Quod nuper summa poteras cum laude tueri:
Sed probat insignis, quam Tu defendere gaudes,
Scriptura expromta è Themidos laudabilis arte,
In qua *Torturam* tractas: meritoquẽ probaris
A Doctis, perge: & Tua laus exsurget in altum!

*Hiscè Politis. Dn. Disputanti
applaudet.*

Johann - Hermannus à Sode, J. U. D.
Prof. Publ. Colleg. Saxon. Decanus &
Consiliar. Electoral. Moguntinus.

Arbor

Arbor, quæ verno florescit tempore, fructus
Largos autumni tempore, crede, feret.

Boni omninis causâ
Eximio & Doctissimo Dno:
Respondenti properabat.

Johannes Schmidelius, J. U. D.
Prof. Publ. & Facult. Jurid. Asses.

Erudicissimo Domino Meybomio, politissimam
suam de Quæstionibus Disputationem, qua solet
industriâ casum punctimque defensuro.

Verberibus, manicis torquendos asseris illos,
Quorum obscura tenent patrata piacula mentem
Iudicis incertam, quo verum fiat apricum, &
Criminis in pœnam Sententia justa feratur.
Ergo Reos solos cruciari reris in Orbe?

falleris: affligunt & eos incommoda, quorum
De meliore luto finxit præcordia Titan.

Quisque suos patimur Manes: dolor omnibus idem:
Torquemur, trahimur, toleramus terra, tacemus,
Tanta rament tollent tandem tormenta Triumphum,
Atque dabit DEUS his optatum in tempore finem,
Et tibi purpuream, Meybœomi, aliquando Tiaram.

Invitâ Minervâ annexit

Sebastiani Ramspeck

Ex - Professor. Heidelberg.
amica manus,

Jupiter

JUPITER optati stimulis agitatus amoris,
 Terrificus *Taurus* fit modo dulcis *Olor*.
Castalius noster *Musarum* ductus amore,
Parthica fit *Tigris* cum modo *Cygnus* erat.

En! animo jam nunc hæret BONITATE canorus:
 Tortor TORTURAM mox petit horribilem
 Instabilis sed cur Te isthæc mutatio tangit?

Exque Bono quare tam Malus es subito?
 Non, das, TORTURAM malus es BONITATE recludo,
 Est bona luctitiæ, non bona Criminibus.

At mea fert nulli noxam TORTURA molestam.
 Tormentis me ipsum turba inimica petet


O, ne cede malis, Te tua TORTURA decorat.
 Lauro Te *vindus* lauriger afficiet!


DANIEL BÜTTNERUS,
 Præses.


Wgleich hier/in der Welt/ der meiste Theil hoch schätze
 Den theuren Roth/das Gold/und sich glück seeltig preißt
 Wann Kist- und Kasten voll/ein jeder ihn nur heißt
 Den allerreichsten Mann: doch / den da mehr ergetet/
 Der Weißheit schöner Schatz/ und sich mit Büchern lezet/
 Der samlet rechtes Gutz: die Weißheit Reichthum weißt/
 Den niemandt rauben kan/ noch dem das Glück wegreißt/
 Wan's neidisch/wieder Ihn/ Fluch/ Krieg/ und Blutz verhezet.
 Diß ist der kostb'hre Schatz/den Bias übrig hat/
 Als Er mit andern gieng aus der verheerten Stadt/
 Es kost zwar grosse Müh/und manches saures Schwitzen/
 Eh man was vor sich bringet; doch wer das Ziel betrachte/
 Wie er Heri Meybaum/thut/ber hat der Dornen Ritzen.
 Weil er die Rose liebt/schon längst mit fleiß veracht.

Carl Friedrich Gerholdt/ p. t. Geneross. Dn.
 Riedfels zu Eisenbach Equit. Franc. Ephor.

**









AC CARCERES IN CAUSA DEBITI

sonalis arresti gratia secessionem fecerit eum in cambiale usu vel lege *haud inuictum*; nihilo valide cambialiter conveniri posse, docet BEI For. Tit. V. 3. n. 4. p. 137. Conf. BARTH. Ho IV. §. 4. p. m. 833.

8) In litteris cambii *non requiritur jam facta de excussio* jure Saxonico et aliorum locorum leg cambium et pactum obligationis ad carcerem c xonia.

9) In iisdem igitur *nec bonorum cessio* liberat a ca Conf. b. ABR. KAESTNERI disp. *de obligatione causa debiti*. Lips. hab. 1723. et V. C. IOH. FRI de pecunia mutuatia tuto collocanda. Cap. III jus autor exquisitoria tradit, quam inscripti promittit.

§. CXVIII.

Obligatio ad *obstadium* etiam ab obligatione d rem est diversa. Illa enim, nomine ante diem nei bitor interpellatus *diversorium publicum ingredi*, in fere, donec creditori satisfecerit, obstringitur. Q cum designatum *haud ingreditur*, per sententiam ob gitur et quidem cum comminatione poenae *des Schu* tenia ita habet: *Ist beklagter also fort nach Insin nach den öffentlichen Gast-Hof N. zubegeben und das gestellte Einlager zu halten schuldig, mit der Com dem nicht also nachkommen wird, daß auf den fall des Schuld-Thurm ietzt alsdann und dann als ietzt g auf fernar gegen ihn ernstlich verfabren werden soll.* obstadium hodiernum in terris *Sleswico-Holsaticis*, Ha re constat. CAROLUS V. Imp. litteris civitati *Gelnhaus* bus Spirensibus an. 1349. datis se ipse ad obstadium

K 3

